

www.e-rara.ch

Volumem III[-IV] disputationum iuridicarum selectiorum

Genath, Johann Jacob

Basileae, Anno epochae Christianae 1619[-1620]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: Diss 264

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-20481>

Disputatio inauguralis de emtione-venditione

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
EMPTIONE
VENDITIONE:

Quam,

D. O. M. A.

*Decreto & Auctoritate, Magnifici & No-
bilissimi Jureconsultorum Ordinis, in il-
lustri Rauracorum, que est BASI-*

LEAE, Academia,


Pro summis in UTROQUE JURE Hono-
ribus & Privilegiis Doctoralibus so-
lemniter consequendis,

*Publicæ disquisitioni
exponit*

NICOLAUS Helffrich
Lipsiâ-Misnicus,

die 7. April. An. 1618. horis, locoq^{ue} solitis.







THESIS I.

CONVENTIO, quæ duorum pluriûmve in idem placitû consensus, a) est vel cum causâ, vel sine causâ: b) hæc Pactû in specie, c) illa Contractus appellatur. d)

a) Sic sub nomine PACTIONIS, vel PACTI in genere accepti à JC. in l. 1. §. 2. de pact. & l. 3. de pollicit. definitur: quâ de re vid. Wes. in parat. ff. de pact. & Donell. ad Rubr. C. eod. b) l. 7. §. 4. de pact. Quid per CAUSAM verbum in d. l. 7. §. 4. intelligatur, non una omnium est sententia; Pac. in Synops. Jur. de pact. & in tract. de contract. per CAUSAM intelligit vim alicui actû tributam, per quam actus ille civilem producit obligationem. & dicitur causa per relationem ad effectum, quia scilicet est causa obligationis & actionis. c) In LL. frequenter nudum pactum, l. 45. de pact. l. 1. C. de pact. convent. nonnunquam aliter, ut videre est apud Wes. in parat. de pact. n. 2. Vultej. 1. J. R. c. 29. Treutler. vol. 1. disp. 6. th. 1. lit. E. appellatur, & rectè definitur, Conventio nudo placiti sine consistens: Donell. & Treutler. ad. ll. Cujac. in parat. C. de pact. quamvis alii aliter, de quibus vid. Hunn. tract. de pact. c. 2. q. 11. d) Contractus igitur erit conventio, habens causam, sive negotium, arg. d. l. 7. §. 4. de pact. & l. 15. de præscript. verb. vid. Pac. d. lo. Vultej. 1. J. R. c. 26. Donell. ad. l. 10. C. de pact. Dissent. Hunn. in d. tract. c. 2. q. 13. & alii.

II.

Contractus alii veri, alii quasi dicuntur. a) Ex illis alii Juris Gentium, alii Juris Civilis. b) Qui Juris Gentium sunt, vel re ineuntur, vel consensu. c) Horum quatuor sunt; Emptio-Venditio, Locatio-Conductio, Societas, Mandatum. d) In præsentiarum, relictis posterioribus, de Emptione-Venditione agere placet. e)

a) §. fin. l. de Oblig. & ibid. Dd. b) Vultej. 1. J. R. c. 30. & 39. c) Quia in illis rem præsentem esse, aut necessariò tradi oportet, ad hoc, ut contractus initus dicatur, s. t. I. quibus mod. re contrah. oblig. Ad horum verò perfectionem, non consideratur ulla rei præsentia, non verba, non literæ; sed sufficit solus consensus eorum, qui negotia gerunt. l. 3. §. 1. de O. & A. d) s. t. l. de Oblig. qua ex cons. e) Licet forsitan in aliis plura videri possent subtilitate excellere, hæc tamen ex utilitate usûque forensi maximè arriDET, ut verbis Pinel. part. 1. Rubr. C. de resc. vend. c. 1. utar. Neque enim potest constare hæc vita sine alternâ rerum permutatione: Balduin. in negotiorum ad. tit. 1. de Empt. Vend. ut ita hujus utilitas commendatione non egeat, l. 1. de in integr. restit. s. nonente Paulo in l. 15. de liber. legat. sit pertractanda. Quod itaque verè felix faustumque sit, pro ingenii modulo propositam materiam methodicè tractandam, BONO cum DENO, aggredior.

III.

Emtio-Venditio a) igitur est b) contractus, c) solo consensu initus, d) de re e) emtori tradendâ, f) & pretio g) certo, venditori in pecuniâ numeratâ dando. h)

a) Contractus unus, *Treutl. 1. disput. 28. & disput. 29. th. 1. lit. A.* mutuis factis constans, *Donell. 13. c. 1.* Quæ tamen inter se distincta, *Dn. Bocer. clas. 1. disput. 3. th. 9.* Nec refert, quòd, veteres in Emtione Venditione que appellationibus promiscuè usos, scribat *J. C. in l. 19. de A. E.* Promiscuus enim usus istarum appellationum, non ex eo, quòd unum pro altero, sed quòd alterutrum pro utroque sumatur, propter rerum & factorum necessariam conjunctionem & naturam Relatorum, quorum unum sine altero esse non potest. Aliter *d. l. 19.* explicat *Cujac. 9. observ. 15.* cujus tamen haud alius sensus, quam quòd veteres his verbis promiscuè pro toto contractu usi, ita ut, cum dicerent Emtionem, unâ intelligerent Venditionem, & vice versâ. *Donell. ad l. 5. §. stipulatio. de V. O. Dn. Bocer. d. l. Vultej. ad princ. l. h. tit. n. 2.* b) quatenus scilicet strictè pro certâ contractûs specie accipitur, quæ à reliquis omnibus naturâ & substantiâ distincta est. Nam generaliter alioquin *L. x i i. tabb. EMTIONIS* verbo, omnis rerum alienatio intelligebatur. *l. 29. §. 1. de statutib. l. 8. §. 11. & ib. gloss. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solv. l. 18. §. 5. & ib. Goth. de adl. edict.* Tam latæ significationis ratio videtur esse, quòd olim omnis alienatio & mutatio familiæ per Emtionem, sive veram, sive imaginariam, celebrabatur. *Vultej. in pr. l. de testam. n. 33.* Erat enim hic modus solemnissimus: *arg. §. 6. l. quib. modis pat. pot. solv.* firmissimus: *§. 1. de test. ordin.* iustissimus: *Wesl. in parat. de contrah. emt. n. 1.* His duabus significationibus addi potest tertia, quando videlicet verbum EMTIONIS metonymicè pro instrumento Emtionis, ut *in l. 2. C. qua res pign. sumitur.* Unde autem dicta sit Emtio, item Venditio, *vid. apud Donell. 12. c. 1. Wesenbec. in Rubr. h. tit. n. 1. & Dn. Harpprecht. ad pr. l. h. tit.* c) *arg. in l. de O. qua ex cons. & quidem Juris Gentium, l. 1. §. fin. de contrah. emt. Nominatus, l. 1. in fin. l. 7. §. 1. de pact. Bonæ fidei. §. 28. l. de actionib. l. 2. in fin. de O. & A. l. 1. §. 1. de A. E.* d) *l. 1. de O. qua ex cons. pr. l. h. tit. d. l. 2. l. 48. de O. & A. l. 1. in fin. & l. 9. de contr. emt. l. 2. C. eod.* e) sive merce: ita enim *in l. 1. pr. & §. 1. in fin. de contrah. emt. & l. 1. pr. de rer. permut.* vocatur res, quæ venit; quibus in locis pro quâcunque re venali accipitur: quamvis aliàs angustè pro re tantum mobili, *l. 66. de V. S.* exclusivè etiam mancipiis, *l. 207. d. t.* usurpetur, *vid. Gædd. ad d. l. 66. n. 5.* f) Tradere rem sive mercem, & præstare, ut habere liceat, *l. 30. §. fin. de A. E.* non etiam dare, *l. 25. §. 1. de contr. emt.* h. e. dominium ejus in emtorem transferre, *§. 14. l. de A. & d. l. 30. §. fin.* venditor necesse habet. *l. 11. §. 2. de act. emt.* Quòd si tamen venditor fuit dominus mercis, facit & emtorem dominum; sin minus, evictionis nomine obligatur emtori ex naturâ contractûs: *d. l. 11. §. 2. l. 6. C. de Evict.* interim ufucapiendi conditione in emtorem translata. *l. 74. de contrah. emt.* g) In pretio, quod vel à precibus, *Don. ad Rubr. C. de contrah. emt.* vel quasi peritium, *Varro 4. de Latim. ling.* dicitur, *Donell. 13. c. 1. & Gædd. ad l. 193. n. 2. de V. S.* requiritur, 1. ut certum sit; & 2. in pecuniâ numeratâ consistat. *§. 1. & 2. l. h. t. de quo j. plura.* h) Ut enim pretium detur, h. e. dominium ejus transferatur, expr. requirit *l. 11. §. 2. de A. E. cum siml.* De ratione, cur venditor tantum tradere mercem, emtor verò pretium dare cogatur? *vid. j.*

IV.

Hujus causa Efficiens remota est, Jus Gentium; a) propinqua, Contrahentium consensus. b)

a) Inter contractus à jure Gent. introductos, tam JC. Hermog. in l. 5. de F. & F. quam Imp. Just. in l. 2. l. de F. Nat. Gent. Emtionem-venditionem primo loco nominant: quibus accedit Paulus in l. 1. in f. de contrah. emt. Quemadmodum enim ante cognitionem, usumque pecuniæ numeratæ apud omnes Gentes, propter naturalem rationem, usitata erat permutatio; ita, cum invento nummo, usuque pecuniæ & inducto nomine Emtionis-venditionis, hunc contractum propter eandem vel majorem, quæ subest, rationem, arg. d. l. 1. ibi: sed quia non semper &c. Gentes non minus approbarent, atque permutationem antea receperunt; & eundem ad jus Gentium rectè referri constat, §. 1. & 2. l. de F. Nat. Gent. Quo modo difficultati, quam movet Pinel. ad d. Rubr. C. de rescind. vend. part. 1. cap. 1. n. 1. satisfieri potest. b) Donell. 12. c. 8. Quibus cum maximè perficitur omnis conventio, per eosdem etiam sæpè fiat, ne contrahatur; de ipsis contrahentibus primò, & deinde de consensu illorum in seqq. dispiciendum.

V.

Quoad Contrahentes Regula est; Omnes posse hunc contractum Emtionis-Venditionis celebrare, qui non prohibentur. a) Prohibentur autem quidam Naturâ; quidam Lege. Naturali contrahendi facultate destituuntur Furiosus b) & Infans. c)

a) arg. l. 23. §. 1. de procur. & eorum, qua tradit Donell. 6. c. 5. Forster. de pact. cap. 5. Zas. tom. 2. ad l. 41. de legat. 1. n. 4. b) l. 2. C. de contrah. emt. Ratio in l. 12. & l. 40. de R. F. Quòd si furoris intermissiones habet, & per id tempus aliquid emerit aut vendiderit, contractus valebit: d. l. 2. quia per intervalla, quo perfectissima sunt, omnia alia facere potest, quæ sanis hominibus competunt. l. 6. C. de Curat. furios. vel prod. c) i. e. minor septem annis: l. 18. C. de jur. delib. Hic enim, & infantia proximus, h. e. qui infans nuper esse desit, Aug. 3. emend. 9. non multum à furioso distat, inquit Justin. in §. 9. l. de inutil. stipul. Neque enim scire, neque discernere hujusmodi ætatis puer potest, non magis, quam furiosus: l. 9. de A. Hæred. In infantia tamen proximis, propter utilitatem eorum, l. 6. Rem pupill. salv. for. favorabiliter, d. l. 9. benignius, l. 1. §. 13. de O. & A. sive benigniore juris interpretatione factâ, receptum est, ut idem juris habeant, quod pubertati proximi, d. §. 9. & tutore autore omnia agere, l. 5. de R. F. atque etiam stipulari possint. l. fin. §. 2. de V. O.

VI.

Lege prohibentur quidam in totum; quidam cum certis tantum personis, aut de certis rebus. In totum hunc contractum celebrare nequeunt, ob conditionem suam, Servi; a) ob ætatem, Impuberes, b) & Minores; c) ob malos mores, Prodigi. d)

a) Hi enim solâ conditione personæ l. 32. l. 209. de R. J. l. 32. §. 6. de donat. in vir. & uxor. ab omni actu civili, qui per liberas personas expediri debet, arcentur. l. 175. de R. J. & suo nomine civiliter non obligantur. l. 13. l. 43. de O. & A. quamvis ex Domini personâ jus contrahendi habeant. pr. l. de inut. stipul. & liberâ peculii administratione concessâ, vid. l. 7. in fin. pr. de pecul. reu. Domini peculiarum alienare possunt. l. 10. C. quod cum eo, qui in al. b) l. 13. §. 29. de A. E. Per quos hic intelligo pupillos pubertati proximos, qui quamvis intellectum habent, & naturaliter consentire possunt, cum sint & doli capaces. l. 111. de R. J. propter imbecillitatem tamen, sine tutoris autoritate, cujus officium est, jure supplere, quod per naturam & ætatem deest, obligari ex omni contractu non possunt. l. 9. de autor. tut. Eo verò autore omnia gerere. l. 5. de R. J. adeoque etiam res certas vendere non prohibentur; sed Num pupillus pubertati proximus, absque tutoris autoritate contrahens, ne naturaliter quidem obligetur; non minùs elegantis, quàm difficilis est quæstionis? Quod in iis casibus, in quibus naturalis æquitas, quâ solâ sustinetur naturalis obligatio, l. 95. §. 8. de solut. eum obligari patitur, omninò affirmandum, cum Wesenb. in §. pupillus. l. de inut. stipul. n. 2. Duaren. ad tit. de condit. indeb. cap. 6. & tit. de O. & A. c. 2. Pac. tract. de contract. quæst. 6. §. 11. Dn. Ungepauc Exorc. Justin. 12. q. ult. in ajo. c) qui, si curatore delituti contrahunt, obligantur quidem, sed læsi habent beneficium restitutionis in integrum: secus in iis, qui curatorem habent; hos enim absque ejus consensu regulariter non obligari, docet l. 3. C. de in integr. restit. licet interdum obligari possint, secundum l. 101. de V. O. Dissentiunt hic, variis variè. d) l. 26. de contrah. emt. Ratio est in l. 40. de R. J. junct. l. 12. §. fin. de tutor. & curat. dat. & l. 10. de curat. furios. In disquisitionem hic vocatur; Num prodigo interdictio Bonorum fiat ipso jure, an verò decreto Magistratûs opus sit? Posterius cum Dd. comm. Sich. in proxem. tit. C. qui testam. fac. poss. Gomez. 2. resol. 14. n. 31. Coedd. de contr. stip. c. 7. concl. 10. n. 141. Gifan. in l. 6. de V. O. n. 9. & aliis, asserere non dubito; Rationes vid. apud modò alleg.

VII.

Cum certis personis hunc contractum inire vetantur, alii propter personam ejus, cum quo contrahere volunt, quæ talis, ut nulla inter hos de Jure Civili possit nasci actio; alii propter suspicionem iniquæ extortionis, quæ in hæc personas cadit. Illâ ratione Dominus cum Servo; a) Pater cum Filio, b) Frater cum Fratre, in ejusdem Patris potestate: c) hæc Advocatus cum Cliente, d) Medicus cum Ægroto, e) in carcerans cum carceri mancipato. f)

a) §. 12. l. de O. que ex delict. Quia Dominus, servo quid promittens, ex quæsitâ obligatione inciperet esse & creditor, & debitor: argum. §. 3. l. per quas person. cuiq; acquir. Cum tamen in omni obligatione duo esse debeant, adeo, ut quoties hæc duo in eandem personam etiam eventu concurrant, confusione tollatur obligatio. l. penult. de solut. cum sim. b) l. 2. pr. de contr. emt. l. 4. §. 3. de in diem addit. d. §. 12. & l. 4. de judic. Quia propter patriam pote-

potestatem, quæ tantum efficit, ut in his, quæ patri per filium acquiruntur, ambo una persona existimentur, §. 4. l. de inutil. stipul. idem eventus, quod præcedente casu diximus, ut videlicet confusione tollatur obligatio. *Don. 12. c. 23. Ant. Fab. 20. conjeç. ult. in pr. Gædd. de contrah. stipul. c. 7. n. 40. Vid. Hillig. in Don. enucl. d. c. 23. lit. B.* Si itaque bona filio obtingunt, quæ patri non acquiruntur, de iisdem inter hunc & illum Emptio-venditio contrahitur: quælia, I. Castrensis, l. 2. pr. de contrah. emt. & quasi castrensis, l. 6. §. cum autem. 3. C. de bon. qua. liber. II. Bona peculii adventitii, quorum usumfructum pater non habet, de quibus in Nov. 117. c. 1. & Auth. excipitur. C. d. r. Quoad reliqua verò ejusdem peculii bona, quia pater illorum legitimus est administrator, l. 1. C. de bon. matern. non nisi palam & b. f. coram amicis, vel cum approbatione judicis, arg. l. 1. de aut. tut. & §. fin. l. d. r. in tam venditionem valere, verius esse post Bard. testatur Gomez. 2. resol. 2. n. 2. & alii. c) l. 38. de condic. indeb. Ratio hic subest eadem, quæ in præced. quam pluribus explicat Donell. d. c. 23. d) l. 6. §. 2. C. de postul. pendente lite. l. 1. §. si cui. 12. de extr. cognit. e) Inter hos emtionem aut venditionem, gravioris morbi tempore contractam, non valere, argum. l. 3. C. de Profess. & Mathem. l. 3. de extr. cognit. post glof. in d. l. 1. §. 12. & d. l. 6. §. 2. volunt Alciat. 2. parad. c. 29. Pinel. ad l. 2. C. de resc. vendit. part. 2. cap. 2. n. 33. & Costal. ad l. Medicum. ff. quod metus caus. Quia nihil Clientis Advocato suo, vel Agrotus Medico, facile denegare præsumitur, utpotè à cujus consilii exitum vel prosperum vel adversum, vitam vel mortem, expectare necesse habet. f) si injustè eum in carcerem destruit, vel contractus in incommodum carcerari vergit, argum. l. 22. Quod metus caus. Sichard. ad Rubr. C. de rescind. vendit. n. 9. Secus, si justè quis carceri mancipatur, aut contractus in incarcerati utilitatem factus, veluti, ut liberetur. *Barr. Bald. & Ang. in d. l. 22. Afflicti. decis. 149.*

IX.

Huc etiam referendi illi, qui ob similem aliquam suspicionem res certas comparare nequeunt: ut sunt; Præsides Provinciarum, a) & qui cum iis sunt; b) quive alterius officii causâ in Provinciâ agunt, c) vel in eâdem militant: d) qui aliquid ex officio, quod administrant, distrahunt: e) item Palatini Principis. f) Sic nec alienarum rerum administratores, rem Domini, cujus negotia gerunt, emere possunt. g)

a) quibus interdictum est res mobiles alias emere, quàm quæ ad vitum & vestitum pertinent. l. 6. §. 3. in fin. de off. procons. Immobiles verò omnes, præterquàm prædia paterna, si à fisco distrahantur, l. 62. de contr. emt. l. unic. C. de contrah. jud. b) Quos domesticos & consiliarios eorum explic. d. l. unic. §. hac autem. 3. juncti. Rubr. C. d. r. his eadem interdicta, quæ Præsidibus, l. 33. de R. C. & ib. Don. c) Hi quidem sibi comparare possunt res mobiles omnes, hoc tamen cum præced. commune habent, quod non possint prædia in eâdem Provinciâ, præterquàm paternâ, quæ à fisco distrahantur, emere. d. l. 62. de contrah. emt. Quod tamen ad temporales, non perpetuos officiales pertinet, d. l. 33. de R. C. Duar. add. tit. cap. 4. ne quodammodo poenæ addicti putentur, interdicto eis semper commercio, argum. l. 9. §. 9. de poen. Mud. ad d. l. 62. n. 3. & seq. d) d. l. 62. l. 9. de remilit. ne iis rebus exercendis & colendis

occupati avocentur à militia laboribus, *l.13.pr.d. Donell.ad tit.C. qua res ven. non poss. cap.2.n.68.* Hujus Exceptiones notat *Vigel.lib.3.meth.jur.univers.c.22. reg.36.* Quòd si hæcenus relati contra hanc prohibitionem quid emerint, emtio non valet, & rebus quidem integris venditor non obligatur, *argum. l.5.C.de LL. re autem traditâ, venditor eam, tanquam minime translata, vindicare potest, sic tamen, ut æstimatio illius fisco inferatur. l.46. §.1.de jur. fisci. d.l.9. de re milit.vid. Pac.in tract.hic.tit.8. §.97.* e) Qui ex officio, quod administrant, aliquid emunt, vel per se, vel per aliam personam, *l.46. de contrah.emt. h.c. qui eas res emunt, quas autoritate officii & Magistratûs publicâ distrahunt, Don.ad d.l.33.n.8. in eos gravior adhuc pœna constituta est, quàm in Præsides & ejus officiales; præter rem enim, quam amittunt, etiam in quadruplum tenentur fisco, d.l.46. de contrah.emt. vide Donell.12. c.23.* f) Palatini hoc loco generaliter dicuntur omnes, qui in aulâ Principis, quæ palatium appellatur, diversa officia gerunt, *l.1.C. de privileg. eor. qui in sacr.pal.mil.lib.12. & ibid. Goth. vid. Zas.ad l.13. §.8.C. de judic.n.4.* Hi emere prohibentur vestes, vel aurum, vel argentum, vel mancipia, *l.fin.C. de resc. Vendit. si à privatis, i.e. Comitibus privatarum rerum Principis, ut largitionum, ærarii & cæterarum rerum, quæ Principis propriæ, arg. Rubr.C. de quaestor. & magistr. off. & comit. sacr. larg. & res priv. lib.12. & l.2.C. ut dignit. ord. serv. d.lib.12. vendantur: rationem hujus expl. Donell.ad tit.C. qua res ven. non poss. n.69.* g) *l.34. §. fin. de contrah.emt.* Quamvis res Domini in eâ causâ sit, ut vendi possit, ne videlicet munere ad utilitatem Dominorum comparato, ad suum compendium per speciem officii abutantur, *l.54. de admin. tut. Vid. interim de tutore Donell.3.c.112. & ad l.5.C. de contrah.emt. Scharf. ad Rubr.C. d. tit. Ant. Fab.1. Jurupr. Papin.11.pr.7. illat.55. de procuratore Vigel. in meth.jur.univ. lib.18. cap.3. exc.8.*

I X.

Enumeratis iis, qui à contractu Emtionis-Venditionis arcentur, nunc de consensu eorum, qui ad celebrandum eundem admittuntur. Horum consensus i. debet esse circa causam contrahendi, sive contractus speciem: a) deinde circa rem ipsam, b) ita ut, si in ipso rei corpore, c) vel ejus substantiâ d) errent aut dissentiant contrahentes, Emtio-Venditio nulla sit. Non æquè, si in nomine, e) vel qualitate, f) aut circa accessiones, g) à contrahentibus erratum.

a) text. expr. in *l.9.pr. ibi: sive in ipsâ Emtione. de contrah.emt. Vultej.1. J. R. 35.n.45.* b) *d.l.9.pr.* Quia in omni contractu necessarius consensus utriusque partis, si rectè velimus contrahere: *l.3.l.57. de O. & A. Zas. ad l.18. de R. C. & quidem consensus non de vento, ut loquuntur, sed de re ipsâ. Gifan. ad l.22. de V. O. n.2.* c) Error hic existit in pluribus corporibus: ut, si ego me fundum emere putarem Coraelianum, tu mihi te vendere Semprianum putasti; *d.l.9.pr.* plerunque absentibus, argum. exempli servi absentis venditi, quod in *d.l.9.* subiicitur, *Mud. in d.l.9.n.5.* licet nec præsentia rei vendite, semper & necessariò removeat errorem emitoris. *Salicet. & Accurs. ibid.* d) sive materiâ, prout hisce vocabulis promiscuè utitur

JC. in d.l.9. §.2. quia cuiusque rei pars substantialis est materia ex qua, quæ ideo etiam res ipsa & ipsum corpus dicitur, quippe quod impressam formam sustinet; per quam unumquodque est, quod est. *l.9. §.3. ad exhibend. Gædd. d. cap. 3. n. 23.* De hoc errore in substantiâ, non ita, ut de dissensu in corpore, inter JCtos convenisse ex *d.l.9. §.2.* apparet, ubi Ulpianus non per omnia Marcelli sententiam probat, sed inter errorem circa ipsam materiam, & materiæ qualitatem, i.e. bonitatem & vilitatem, naturalem & formalem distinguit: & hanc distinctionem exemplo acetii, & embammatis cæterarumque rerum declarat: ac, quoad acetum pro vino venditum, venditionem valere existimat; in cæteris autem, putâ, si æs pro auro, plumbum pro argento, aut embamma pro vino venierit, nullam esse venditionem pronunciat. Ratio est; quod in posteriori casu in materiâ, in priori verò solum in materiæ qualitate & bonitate erratum sit: acetum enim nihil aliud est, quàm vinum, quod acuit; & quia ejus materia est vinosa, genere & numero eadem cum omni alio vino, qualitate solum & bonitate naturali, dum acuit & in acetum degeneravit, nonnihil corruptâ, substantiâ nihilominus unâ eademque manente, *Bud. & Cujac. ad l. 22. de V.O. Gædd. d. c. 3. n. 31.* unde etiam vini numero continetur. *l. 1. l. 3. l. 9. de tritic. vin. & ol. leg.* Non eadem ratio est æris pro auro, plumbi pro argento venditi, ut nec embammatis, quod intinctus gratiâ habetur; *de cuius generibus vid. Forcat. in Cupidin. jur. c. 20.* & aliorum factitiorum acetorum, quæ hodierno die quàm plurima ex cerevisiâ fiunt; nam harum rerum omnium diversa substantia & materia est, ita ut hoc casu aliud pro alio venditum intelligatur. Cur autem diversum in stipulatione, *l. 22. de V.O. & pignore, l. 1. §. 2. de pignor. l. 20. de furr.* obtineat? non una à Dd. affertur ratio: de quibus vide *Gædd. d. c. 3. n. 28. & 29.* e) ut, si in unum eundemque fundum, quem tu Sejanum, ego Sempronianum appellabam, consentiamus. *Vultej. i. J. R. 35.* Sed quia hoc casu in idem corpus consensus, de quo etiam constat, nihil facit error nominis, *d. l. 9. §. 1.* cum nomen substantiam rei non immutat aut constituat. *l. 80. de judic. l. 5. §. 4. de R.V. l. 27. de Reb. dub. l. 32. de V.O.* vide etiam *Accurs. ad d. l. 9. pr. & ib. Mud. n. 12.* f) *l. 21. §. 2. de A.E.* ubi vocabulum **QUALITATIS** intelligendum de adjuncto corporis, sive bonitate & vilitate, salubritate & amplitudine materiæ, *argum. l. 86. & ib. Gædd. de V.S. l. 12. quem adm. serv. amitt. l. 4. l. 22. l. 34. de A.E. l. 1. in fin. l. 45. l. 53. de evict. l. 74. & l. 75. ibi: frumentum sine qualitate. de V.O. l. 4. de tritic. vin. & ol. leg.* Hûc facit exemplum acetii, *d. l. 9. §. 2.* de quo in præced. & exempla *l. 11. §. 1. l. 14. l. 45. de contrah. emt.* quæ pluribus declarat *Gædd. d. l. n. 36. & seqq.* Dissent. *Cujac. ad l. 22. de V.O. & 2. obser. §. Connan. 7. comm. 6. Robert. i. anim. ad ver. §. 6. qui d. l. 21. §. 2.* negativè legunt, ac verba illa, *de qualitate*, interpretantur *de materiâ*, quæ qualitas adjuncta accipitur pro subiecto, cui inhaeret. Quibus refragatur lectio Florentina, quam deinde probat exemplum ibidem subiectum, quod qualitati, h. e. bonitati, non materiæ, convenit; mensæ enim illæ fuerunt lignæ, sed non ex citro vel cedro ligno. Quocirca Emtor non in materiâ, quæ lignea, sed in qualitate & bonitate erravit. *Gædd. d. c. 3. n. 41.* Quamvis autem error in qualitate mercis mentionem fieri non impediât; tamen cum omnia, quæ contra bonam fidem, in emti actionem veniant, *l. 1. §. 1. de A.E.* Venditor tenetur, quanti interest Emtoris, se non esse deceptum, *d. l. 25. §. 2.* qui etiam eo nomine, quanto minoris ex emto agere potest. *Dn. Harppr. ad pr. l. n. 19.* g) Quæ hæcenus de errore circa res venditas dixi,

de rebus principaliter in contractum deductis, non de accessionibus, intelligenda, *argum. l. 34. pr. & ib. Br. de contrah. emt.* In quibus est diffusum, id tamen contractum non vitiat, neque quoad rem principalem, quæ ab accessione non debet expectare confirmationem, ne principalis causa accessionem sequatur, *argum. l. 10. de jur. codicill. l. 44. de vulg. & pupill. substit.* neque quoad accessiones, quæ sustentantur in virtute principii, *Fulgos. ad d. l. 34. Mud. ad d. l. 9. in fin.* licet non absurdè *Cujac. ad l. 83. §. 1. de V. O. & Zas. ib. n. 6. & 7. d. l. 34. de contrah. emt.* aliter explicare nitantur, quos sequi videtur *Gadd. d. cap. 3. n. 19.*

X.

Præterea in pretium certum consensus ut sit, requiritur: a) adeo ut, incertitudine b) aut errore c) aliquo interveniente, emtio non consistat.

a) *§. 1. l. h. t.* Certum autem pretium intelligitur, cujus quantitas certa est, vel per se, vel per relationem ad aliud: ut, si refertur ad aliam quantitatem, non expressam quidem verbis, sed certo loco aut certâ personâ designatam, ut inde suam certitudinem accipere possit: e. g. Si Venditor dicat, se tanti vendere, quanti ipse emit, vel quanti ille fundus à testatore emptus; aut Emtor, se tanti emere, quantum habet in arcâ; his casibus omnibus, si modò quid est in arcâ, aut à Testatore vel Venditore fundus certo pretio emptus, valet venditio, *l. 7. §. penult. l. 35. de contrah. emt.* non aliter ac pretio jam ab initio certo constituto, *argum. l. 6. de R. C. Ratio est in d. l. 7. §. penult. & §. penult. l. de V. O. Don. 13. c. 1. Pinel. ad d. Rubr. p. 2. c. 1. n. 3. Fachin. 2. contr. v. 1. Dis. Acc. Moz. & alii.* Sic etiam ex futuro certitudinem suam pretium accipit, si ejus definitio in alterius arbitrium confertur: ubi I: certa persona, puta Titii vel Caji, requiritur, *argum. l. 25. pr. Locat. Don. d. c. 1. & Pinel. d. c. 1. n. 5.* Quo in loco in dubium vocatur, An is, in cujus arbitrium pretii definitio confertur, possit esse unus ex contrahentibus? Et quamvis non desint, qui Negativæ patrocinium polliceantur, inter quos etiam *Hillig. 13. c. 1. lit. R. in not.* Affirmativæ tamen meum cum *Don. d. c. 1. & ad l. fin. C. de contrah. emt. n. fin. argum. d. l. 7. in pr. de contrah. emt.* non denegabo. II. Ut ille ipse æstimet, in cujus arbitrium pretii definitio collata, *d. l. fin. C. de contrah. emt. l. 25. pr. Loc. l. 75. pro soc. l. 43. de V. O. vid. Hott. 5. observ. 20.* Nisi in unius contrahentium arbitrium æstimatio collata; quia hoc non arbitrante nihilominus contractus valet, *d. l. 7. pr. & jure conditio pro impleta habetur. l. 161. de R. J.* III. Ut secundum ejus æstimationem pretium solvatur, *d. l. fin. ibi: omni modo & c.* Nisi illud minus dimidiâ parte justî pretii, tum *argum. l. 79. pro soc. tum l. 2. C. de rescind. vendit. Don. d. l. n. 12.* b) vel quòd in eo, ad quòd relatio facta, nullum pretium invenitur: *l. 37. de contrah. emt.* vel quòd is, in cujus arbitrium pretii definitio collata, arbitratus non fuit, *d. l. fin. C. d. tit. c)* ut, si fortè pretii nominati aliis locis alia sit quantitas & æstimatio, vel etiam aliâ ratione Venditor majus, Emtor minus pretium intellexit: quo casu, quia major summa in minore non continetur, dissensus, qui intercedit, contractum impedit; secus ac si pretium, quod Venditor intellexit, minus fuerit illo, quod Venditor intelligebat, tunc enim venditionem, veluti minori pretio conclusam, subsistere existimat *Accurs. in l. in venditionibus. 9. in verb. pretio. de contrah. emt. argum. l. 52. Loc.*

XI. Denia-

XI.

Denique consensus contrahentium utrinque debet esse liber; a) verus; b) in negotium præsens conceptus; c) per-
spicuus. d)

a) tum per l. 5. C. de O. & A. ubi hoc generaliter; tum per l. 11. C. de con-
trah. emt. ubi expressè dicitur: Neminem cogi rem alienam comparare; i. e.
emere; neminem etiam cogi rem suam alteri petenti vendere; quia videli-
cet in nullius est potestate, & cum rapinâ conjunctum videtur, ab invito
Domino rem justo pretio comparare. l. 70. de R. V. Hujus rei plures à Dd. cu-
mulantur exceptiones, quarum aliquas referre non abs re erit. Primò itaque
humanitatis jure constitutum, ut Dominus propter nimiam & intolerabili-
lem favitiam, postulante servo, cogatur eum bonis conditionibus ven-
dere. §. fin. I. de his, qui sunt sui. l. 2. ff. eod. II. Favore libertatis sancitum, ut
Dominus servi communis partem suam socio manumittenti vendere teneat-
ur, ut servus totus ad libertatem possit pervenire, qui pro parte non
poterat. l. ult. §. I. C. de serv. comm. manum. III. Religionis intuitu compul-
situr vicinus, et, qui in vicino fundo sepulchrum habet, si aliunde non sit
accessus, iter ad illud concedere. l. 12. de relig. & sum. fun. Unde duo infert
Gomez. 2. resol. 2. n. 51. vid. tamen Covarruv. 3. resol. 14. IV. Publicæ utilitatis
causâ: quando Civitas annonæ inopiâ premitur, potest quis cogi ad res certas
vendendas. argum. l. 1. §. 11. de off. Praef. urb. Gail. 2. observ. 56. & Myns. obser. 27.
Ob eandem rationem, etiam deficiente viâ publicâ, ad aliquem locum publi-
cum, vicinus cogi potest, ut viam præster. l. 1. §. 14. quemadmod. serv. amit.
l. 1. §. 25. ne quid in loc. publ. Quòd verò alii V. loco, favore ultimæ volun-
tatis, l. 66. ael. gat. 1. VI. ratione communionis, l. 13. §. 17. de A. E. & denique
ratione necessitatis, l. 2. C. de patr. qui fil. distr. superioris regulæ exceptiones
statuunt, non immeritò displicet Donell. ad d. l. 11. C. de contrah. emt. circ. fin.
Non aliter tamen hi, quos dixi, ad vendendas res suas coguntur, quàm justo
pretio, argum. l. 13. §. 1. commun. pradior. l. 2. C. pro quibus caus. serv. pro præm. li-
bers. acc. d. §. fin. ibi: bonus conditionibus. & ibi. Heig. d. l. 12. de relig. d. l. ult. §. I. C. de
serv. com. manum. Gail. d. l. n. 8. Dils. alii per l. 2. §. 2. ad L. Rhod. de jact. b) non
simulatus, quia nuda & imaginaria venditio pro non factâ habetur: l. 55. de
contrah. emt. & juris vinculum non obtinet, cum fides facti in eâ simuletur,
non interveniente veritate. l. 54. de O. & A. Hinc venditio, donationis cau-
sâ, fieri nequit; l. 36. de contrah. emt. deficit enim in sui substantiâ: l. 3. C. eod.
quia deficit pretium, quod in tali emtione nullum intervenit, arg. l. 1. de donat.
Ex generali tamen regulâ l. 2. & seq. C. plus val. quod agit &c. cum similit. nihilominus ut donatio, talis venditio simulata valebit, d. l. 3. & ibi. Don. & alii.
Olim quidem secutâ traditione & in possess. inductione, l. 9. C. de contrah. emt.
hodie etiam ante traditionem, secundum constit. Justin. in l. pen. §. fin. C. de donat.
c) non in futurum: alioquin vel pactum erit, vel alius contractus. Illud, si
simplici nudoque pacto promissum sit, unde acceptanti nihil juris qua-
ratur: l. 7. de pact. hoc, si promissio facta sit stipulatione; quo casu stipulatio
contracta: Moz. 2. tr. hic. col. 3. n. 13. cujus effectus est, ut venditionis contractus,
qui nondum est, ineatur; aut id, quod interest, præster. Mud. ad tit. de contr.
emt. c. 2. n. 5. Sed an promissione de vendendo factâ, & traditione
ejus rei, cujus venditio promissa est, secutâ, dominiû in Emto-

rem transeat? inter primarios juris nostri Interpp. Jason. & Socin. non exigua est controversia: quâ de vid. *Mud. d. cap. 2. n. 7. & seqq.* d) Quod si perspicuo & clarus non est, siquidem ambiguitas vel obscuritas ex post facto supervenit, & ex eo, quod quisque contrahentium, verba, quibus usi, ad proprium sensum detorquere conatur, emergit, cum antea inter conveniendum nihil de dissensu apparuit, Emptio-venditio quidem valet, sed fit locus regulis de interpretatione: non enim fenestra resiliendi à contractu aperienda, sed *argum. l. 5. C. de O. & A.* ea potius facienda interpretatio, quâ actus conservetur, non destruat. *l. 80. de V. O.* Si itaque quod actum est, probari aut verissimiliter conjici non possit, *argum. l. 33. de contrab. emt.* (ante omnia enim in obscuris inspiciendum, quod verissimilius, aut plerumque fieri solet: *l. 14. l. 34. de R. F.* in ambiguis vero, quod rei gerendæ aptius: *l. 67. d. l. 33. l. 80. §. 1. de contr. emt.*) veteribus placuit, interpretationem contra factam faciendam esse, in cuius fuit potestate legem apertiùs conscribere. *l. 39. de pact.* Idem confirmat Labeo in *l. 21. de contrab. emt. ubi ait:* Obscuritatem pacti nocere potius debere Venditori, qui id dixerit, quàm Emptori; quia potuit re integrâ apertiùs dicere. Et quoniam frequentius legem contractus dicunt Venditores, *Duar. ad l. pacta. in fin. de contrab. emt. Mud. ad d. l. 21. n. 6. & Ant. Fab. in ration. ad d. l. 39.* hinc ut plurimum contra eundem interpretationem fieri videmus: *d. l. 39. d. l. 21. & d. l. 33.* quamvis eo casu, quo Emptor legem contractui dixit, *argum. dd. ll.* etiam contra hunc interpretatio fiat. *l. 80. §. 1. de contrab. emt.* Et de tali casu etiam *l. 34. d. tit. cum Dd. comm.*, quos recenset Harpprecht. *ad pr. l. h. tit.* intelligere melius omnino est, quàm cum *Cujac. in d. l. 34.* textui manum admovere.

XII.

Materia sunt Res & Pretium. a) De Rebus talis prodita est regula: b) Omnium rerum, quas quis habere, vel possidere, vel persequi potest, venditionem rectè fieri: quas verò Natura, vel Gentium jus, vel mores Civitatis commercio exuerunt, earum nullam esse venditionem. c)

a) *Wesemb. ad §. 1. I. n. 2. & ad §. 7. I. h. t.* Res, à parte Vendoris; Pretium, à parte Emptoris. Unde quemadmodum sine pretio nulla est venditio, *l. 2. §. 1. de contrab. emt.* ita nec emptio sine re, quæ veneat, intelligitur. *l. 8. pr. eod.* b) *in l. 34. §. 1. de contrab. emt.* c) *d. l. 34. §. 1.* ut nec stipulationem talium rerum, *pr. I. de inutil. stipul.* nec legatum valere constat. *l. 41. §. 1. de legat. 1.* In sequentibus autem primo loco de rebus, quæ in hunc contractum non cadunt, videamus, *argum. Rubr. de contrab. emt.* cuius ultima pars, quæ ad materiam Emptionis-Venditionis pertinet, negativè concepta; & quia omnes res emi-vendi possunt, nisi nominatim jus prohibeat.

XIII.

Naturâ exemptus commercio, liber Homo, a) & Res, quæ non sunt, nec fore sperantur. b)

a) *l. 6. pr. l. 34. §. 2. l. 70. de contrab. emt. l. 83. §. 5. de V. O. l. 34. de lib. caus. l. fin. quibus ad libere. procl. non lic.* quia nec dari oportere intendi, nec æstimatio ejus prestari potest. *l. 103. de V. O.* Liberi tamen hominis venditio duobus casibus recepta: I. Si liber homo major 25. annis ad pretium partici-

pandum

pandum sese venundari passus est. §. 4. *l. de iur. person. Don. 4. c. 6.* Indignissimus liquidem libertate visus, qui rem inestimabilem pretio posthabuerit. *gloss. & Heig. in d. §. 4.* II. Si pater in extremâ egestate filium victus causâ venderit. *l. fin. C. de patr. qui fil. distr.* Singularia, quæ huic venditioni favore libertatis tributa. *vid. apud Don. ad t. C. Quæ res ven. non poss. n. 29. & Pac. tract. hic. t. 9. §. 131.* Extra hos verò casus liberi hominis venditio inter scientes nulla est: *d. l. 6. d. l. 34. §. 2. & d. l. 70.* adeo ut, qui liberum hominem invitum vendat, incidat in Edictum *L. Fab. de Plagiar. t. tit. ff. & C. ad L. Fab. de Plagiar.* Dixi, inter scientes; nam inter ignorantes, aut saltém Emtore libertatem hominis ignorante, valet contractus, *l. 4. & d. l. 70. de contrah. emt.* quoad obligationem scilicet & præstationem ejus, quod interest: §. *fin. I. h. tit.* ad traditionem verò tum demùm, quando publicè ignoratur eum esse liberum, & ipse distractus pro servo se gerit; quod ita constitui placuit, propter assiduam & cortidianam comparationem servorum, *l. 44. pr. de usucap.* ac difficilem inter hos & liberos homines distinctionem. *l. 5. de contrah. emt. Mud. ad d. l. 34. §. 1. n. 4.* b) ut, servus mortuus: *l. 44. de contrah. emt.* domus deusta: *l. 57. §. 1. d. tit. fac. l. 1. §. 9. de O. & A. vide Gædd. ad tit. de contrah. stipul. c. 6. concl. 2. n. 28. 32. & seqq.* item partus ancillæ sterilis, vel majoris quinquaginta annis. *l. 21. de A. E. Ratio in l. 8. de contrah. emt.* Quamvis secus esse in iis, quæ præbabiliter sperantur, ex seqq. apparebit.

XIV.

Gentium jure eximuntur commercio, Res divini juris, i. e. sacræ, religiosæ & sanctæ: a) item Res publicæ omnium, b) aut populi alicujus. c)

a) Hæ enim res hominûm potestati omninò exemptæ sunt, ita ut neque actu, neque potentiâ regulariter in alicujus bonis esse possint. *Don. 4. c. 6. Pac. d. tr. tit. 9. §. 123.* Unde etiam *ἄνευ ἐξουχῶ* res nullius dicuntur in §. 7. *I. de R. D. Don. 4. c. 1.* Quod autem nullius esse potest, id alicujus ut fiat, nulla valet efficere obligatio: *l. 182. de R. F. l. 9. §. fin. de R. D. l. 137. §. 6. de V. O.* quocirca nec Emtio-venditio harum rerum à scientibus contracta valet. §. *fin. I. h. t. l. 22. de contr. emt.* Idem juris non solum in rebus spiritualibus, quæ si vendantur, crimen simoniæ committitur, *c. 8. extr. de simon.* sed etiam iisdem annexis, ut præbendis, *c. si quis objecerit. 1. q. 3.* & jure patronatus, *c. 6. & 23. extr. de iur. patron.* Quod tamen cum universitate bonorum venditorum transit ad Emtorem. *c. 13. extr. eod.* Inprimis autem Martyres, *l. 3. C. de SS. Eccles. i. e. reliquias Martyrum, Harmenop. lib. 3. r. 3. §. 46.* distrahere Imp. prohibent. *l. 4. C. eod.* Notandum autem: 1. Quod modò de liberi hominis venditione dixi, eandem inter ignorantes eatenus valere, ut Emtor possit agere ad id, quod sua interest, vel se deceptum non esse, idem & de harum rerum venditione dicendum. *d. §. fin. I. h. t. l. 62. §. 1. de contr. emt. Duar. c. 2. d. tit. 2.* Notandum: Res sacras vel religiosas, quamvis per se vendi non possint, tamen alterius rei venditioni accedere posse, *arg. l. 62. de A. R. D. si modicæ sint, l. 24. d. t. Duar. d. c. 2.* neque nominatim excipiantur, *l. 22. d. t. l. 5. de sepulch. viol. Pac. d. tr. 2. 9. §. 132.* 3. Item res mobiles sacras etiam certis de causis alienari posse, putà necessitate urgente, aut ad alimoniam pauperum, *l. 21. C. de SS. Eccles. c. aurum. 12. q. 2.* aut redemptionem captivorum, §. *8. I. de R. D. vel refectorem templorum. d. c. aurum.* 4. Notandum: Religioso loco ven-

site, cui profana quædam accedunt, quamvis in principali non consistat
 venditio, in accessoriis tamen consistere. *l.73. de contr. emt. Vigel. lib. 18. Meth.*
jur. univ. c. 3. exo. 14. replic. 5. b) ut sunt, Res jure Naturali communes; aer,
 aqua profluens, mare & littora maris: §. 1. & §. 5. *l. de R. D. l. 2. ff. eod.* nam &
 hæ res in latiori significatione dicuntur publicæ: *l. 14. de A. R. D. l. 45. de usucap.*
 quæ, quia nullius sunt & jure Geni. omnibus vacant, *l. 5. de contrah. emt.* in-
 distincte non veniunt, *arg. l. 182. de R. F.* c) Res publicæ strictè dicun-
 tur, quæ sunt alicujus populi, puta Romani: & hæ in duplici sunt differen-
 tiâ; quædam enim sunt in usu & patrimonio populi, ut res fisci, prædia,
 vectigalia, & si quæ alia bona publica: *l. 17. de V. S. l. 6. de contrah. emt. l. 1. de loc.*
publ. fruend. l. 14. de A. R. D. & harum venditionem valere constat: *l. 72. §. fin.*
de contrah. emt. quædam in usu solum publico sunt, unius scilicet populi,
 aut plurium; cujus generis, flumina & portus: §. 2. *l. de R. D. Don. 4. c. 2.* & ta-
 les vendi non possunt, *arg. l. 72. §. fin. de contr. emt. Duar. ad h. l. c. 2.*

X V.

Jure Civili commercio exemptæ, Res publicæ a) Univer-
 sitatis. b)

a) Quemadmodum enim Res jure Naturali communes in latiori si-
 gnificatu publicas appellari dixi, *d. l. 14. de A. R. D. & d. l. 45. de usucap.* ita etiam
 Res, quæ alicujus Civitatis tantum sunt, & propriè Universitatis dicuntur,
 ut Forum, Basilica, campus Martius, §. 6. *l. de R. D.* interdum publicæ ap-
 pellantur, *l. 6. de contrah. emt. l. 2. §. 1. Ne quid in loc. publ. Donell. 4. c. 2.* b) Hæ
 si usui publico destinatæ, in perpetuum à privatis vendi nequeunt, *l. 137.*
§. 6. de V. O. ita ut, qui sciens ejusmodi res emat, frustrâ emat: *l. 6. de contr.*
emt. qui verò per ignorantiam, existimans rem esse privati juris, Actio-
 nem ex emto habeat in id, quod sua interest, à Venditore se non esse dece-
 ptum. *l. 62. §. 2. d. d.* Quòd si privatorum usibus res Universitatis serviant, ut
 tabernæ in publico solo positæ, tunc eas vendens, non censetur vendere
 ipsius solum, quod est publicum, sed jus tantum, quod habet. *l. 32. d. tit.*
 Num autem Civitas ipsa res Universitatis vendere possit?
quid. Pac. tr. hic. l. 9. §. 139.

X V I.

Sunt insuper Res, quæ, licet in dominio privatorum, ju-
 ris tamen de causis vel omninò alienari prohibentur, vel
 tantum inter certas personas. a) Omninò alienari non
 possunt, b) Res pupilli vel adolescentis: c) fundus dota-
 lis: d) res immobiles donatæ propter nuptias; e) liti-
 giosæ; f) furtivæ; g) vel vi possessæ; h) feudales; i) em-
 phyteuticæ; k) subjectæ restitutioni: l) tigna ædibus jun-
 cta: m) venena mala: n) servus, qui in fuga est: o) eu-
 nuchi: p) cupressi ex Luco Daphniensi, vel Perseæ arbores
 per Ægyptum: q) annona militaris, & frumentum publici
 canonis, r)

a) Quam

a) Quamvis nihil tam conveniens naturali æquitati, quam voluntatem Domini, rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi; §. 41. l. de R. D. accidit tamen aliquando, ut qui Dominus rei est, alienare non possit: *pr. l. quibus alien. lic. vel non.* idque iustis & certis de causis, propter quas Dominis alienatione interdici, utile & necessarium visum fuit. b) Nisi utilitas publica vel necessitas aliud exigat, quo casu solennitates, à jure præscriptæ, strictissimè observandæ. c) Pupillum & minorem res suas sine Tutorum & Curatorum, quos habent, autoritate & consensu alienare non posse, supra dixi. Sed nec semper horum autoritas vel consensus in venditione harum rerum sufficit. Ut enim pupillis magis prospectum esset, Oratione D. Severi, *que habetur in l. 1. pr. de rebus eorum, qui sub tut.* olim prohibiti sunt Tutores & Curatores prædia rustica vel suburbana, item mancipia rustica, *ut innuit l. 22. C. de administr. tut.* sine decreto Magistratus, & evidenti necessitate distrahere: *d. l. 1. pr. & §. 1. Wesenbec. in parat. eod. n. 1.* Hodie verò ex Constitut. Imp. Constantini, omnes res, tam immobiles, quam mobiles, quæ servando servari possunt, ab iisdem alienari nequeunt: *l. 22. C. de administr. tut.* nisi 1. iustà causâ, puta, à re alieno, *d. l. 1. de rebus eorum. l. 12. C. de præd. minor.* aut aliâ inevitabili necessitate urgente: 2. Decreto Magistratus causâ cognitâ (*de quâ causa cognitione vid. l. 5. §. 9. cum duobus seqq. de rebus eorum, qui sub tut. & Menoch. 2. A. F. Q. ca. 171.*) interposito: *d. l. 22. l. 6. l. 11. C. de præd. min.* 3. & autoritate tutoris vel consensu curatoris interveniente, *argum. l. 8. de rebus eorum, qui sub tut.* alienatio celebrata fuerit. Quibus solennitatibus non observatis, minor prædium suum vindicare poterit: *d. l. 1. & l. 9. penult. d. in l. 5. l. 11. l. 15. l. 16. C. de præd. min.* nec pretium curatoris solum restituere teneat, nisi quatenus in suum patrimonium versum est. *l. 10. & d. l. 16. C. d. tit.* Illæ autem res, quæ servando servari non possunt, cujusmodi sunt, vestes detritæ & animalia supervacua: *d. l. 22. circa fin.* item fructus, *l. fin. §. fin. C. de administr. tut.* sine ejusmodi solennitatibus iusto pretio distrahi à Tut. vel Curat. possunt. *d. l. 22. in fin. & d. l. fin. §. fin.* Veruntamen, si grande damnum pupilli vel adolescentis veretur, distractio per in integrum restitutionem revocatur. *l. pen. de minor.* Cùm autem in alienatione rerum pupilli decretum Magistratus requiratur, *per modo dicta,* pulchra hinc incidit dubitatio; Cujus Magistratus Decretum interponi debeat, si venditio B. pupillarium alio loco, quam ubi sita, celebretur? Tres diversas Dd. opiniones videre licet *apud Richard. ad l. 1. n. fin. C. de contr. emt.* quarum neutra placet, sed potius *cum Pac. tract. hic. tit. 8. §. 59.* tam judicis domicilii, *l. 5. §. 12. de rebus eorum, qui sub tut.* quam ejus, sub quo res sitæ, *l. 16. C. de præd. min.* decretum sufficere, electionem verò minoris esse, arbitror. d) *l. 4. l. 13. de fund. dot. pr. l. per quas person. cuiq. acq.* Quia enim mulieres mariti seductionibus facile decipi possunt, ut propria negligentiâ jura, Nov. 61. §. 2. & hoc modo fragilitate naturæ suæ in repentinam deducantur inopiam, *l. un. §. & cum. 15. C. de rei uxor. act.* opem tulit mulieribus propter sexus fragilitatem, multis hujuscemodi casibus suppositis atque objectis, *l. 3. §. 2. ad SC. Vellej.* Justinianus, constituens, ut maritus, ne consentiente quidem uxore, fundum dotalem alienare possit. *d. l. un. §. 15.* Quod tamen non obtinet, si fundus æstimatus in dotem datus, nec mulieri electio, utrum fundum repetere, vel æstimationem sibi præstari velit, relicta; quia enim æstimatio nihil aliud quam venditio, *l. 10. §. 4. de jur. dot.* (quamvis non simplex, sed dotis causâ,

causâ. l. 16. d. tit.) ideo maritus fundum illum, tanquam proprium, emtionis jure, alienare non prohibetur. *Cujac. 2. ad African. ad l. 9. de fund. dotal.* Quod si diremto matrimonio in arbitrio uxoris est, vel fundum, vel aestimacionem repetere, tunc alienari nequit, l. 11. de fund. dor. l. 1. C. eod. nisi muliere consentiente, vel postea ratum habente. l. 50. solus. matrim. l. fin. in pr. de pact. dor. *Cujac. ad d. l. 9. Dn. Scip. Gentil. in disput. de estim. rer. in dor. datur.* Ratio hujus desumi poterit ex l. 21. C. de jur. dor. De jure Can. alienatio fundi dotalis, juramento mulieris confirmata, valet. c. cum contingat. 28. extr. de jurejur. c. 2. eod. in 6. *Beust. ad l. 1. de jurejur. n. 222. & Wesenbec. in paratit. ff. de fund. dor. n. 6.* e) Donatio propter nuptias; quia non simplex donatio, sed quasi *ἀντιδότης*, i. e. dotis compensatio, sive mutua & contraria dos ex parte mariti intelligitur; l. fin. pr. vers. quare. C. de donat. ant. nupt. æqualis est in jure doti mulieris, ita ut etiam eâ consentiente alienari non possit: *Nov. 61. Balduin. ad §. est & aliud. l. de donat.* De different. tamen inter hanc & dotem *vid. Gomez. ad l. Tauri. 50. & 3. seqq. Donell. 1. 4. c. 10. & ib. Hillig.* nisi mulier semel & post biennium iterum consenserit; & ex aliis mariti bonis ei satisfieri possit. d. *Nov. 61. §. 1. in fin. & §. 3. in pr.* Pontifex quoque, si certa requisita adsint, *argum. c. 4. extr. de Emr. Vend.* aut iis deficientibus jusjurandum mulieris intervenerit, *argum. d. c. cum contingat. 28. extr. de jurejur.* rei propter nuptias donatæ venditionem, consentiente muliere factam, confirmat. *Pac. rr. hic. tit. 9. §. 182.* f) id est, de quarum dominio vel quasi, lis mota est, *Auth. litigiosa. C. de litig. Wesenb. in paratit. ff. eod.* tales enim res neque emtionibus, neque quibuslibet aliis contractibus ab his, qui inter se contendunt, transferri possunt. l. 1. §. 1. ff. & l. 2. C. d. tit. *Don. 9. c. 10.* Quod si adversus hanc prohibitionem factum erit, tam alienans sive venditor, quam accipiens rem litigiosam punitur. In Venditore quidem non distinguitur, sciveritne rem talem esse, vel non; sed quia semper præsumitur, ideo Emtori ad pretium & interesse tenetur: quoad Emtozem autem, quantum ad pœnam scilicet l. 2. ff. d. i. fisco præstandam, l. 1. de jur. fisco. *vid. Cujac. in paratit. C. de litig.* distinguitur, utrum sciens rem litigiosam emerit, an verò ignorans: ita ut illo casu Emtor pretio priveretur; quod cum aliâ tantâ quantitate, quam venditor præstat, fisci iuribus infertur: l. ult. in fin. pr. C. de litig. hoc verò, irritâ rei alienatione factâ, pretium, si quod persolvit, cum aliâ tertiâ parte recipiat, d. l. fin. §. 1. in pr. & Venditor reliquas duas partes fisco solvat: *Cujac. d. lo. Myns. 1. obs. 55. n. 3. & seqq.* exceptâ alienatione necessariâ, d. l. 2. l. 69. §. 1. de legat. 2. de cuius speciebus in d. l. fin. vers. *Exceptis.* g) l. 34. §. 3. de contr. emt. ubi per rem furtivam intelligit J. C. eam, quæ furti vitio infecta, antequàm venditur, ut sic verè quis dicere possit, furtivum esse, quod venit, & tunc cum venit, *arg. l. 4. §. 1. de noxal. act. l. 25. de milit. test. Accurs. in d. §. 3. vid. Mud. ad d. l. 34. §. 3.* Aut itaque uterque scivit rem furtivam esse, & à neutrâ parte obligatio contrahitur; aut Emtor solus, & hoc casu non obligatur Venditor, sed nec obligatum sibi habebit Emtozem, nisi ultro, quod vendidit, præstet: aut denique scivit Venditor, Emtor ignoravit, & utrinque obligatio contrahitur. d. l. 34. §. 3. Rationem diversitatis examinat, & ex l. 34. de V. O. assignat *Mud. ad d. l. 34. §. 3.* Illud hoc loco non omitendum, quod is, qui rem aliquam à fure emit, eam Domino restituere cogatur, nec Dominus eidem pretium reddere. l. 2. C. de fure. Quâ in re non placet cautela decima *Capoll.* ut Emtor protestetur, se emere, ut Domino restituat, quamvis eam probare videatur *Gorhoff. in not. ad l. 6. de captiv. & possim. revers.* quia nihilo magis pretium à Domino recipiet, ut rectè respon-

dis Natt. confil. 436. refer. Clar. 5. sent. §. furium. n. 26. nisi forte ab iis emerit, &
quibus Dominus non facile poterat rem recuperare, arg. l. 6. & l. 12. §. 7. de
capit. v. & postlim. revers. Pac. d. r. hic. tit. 6. §. 38. h) Quia enim harum rem-
rum prohibita usucapio, §. 2. l. de usucap. sub illâ specie alienationis, l. 28. de V. S.
reliquæ etiam, quæ graviiores, prohibita intelliguntur. Don. ad t. C. qua res
ven. non poss. Ut autem res vi possessa dicatur, requiritur, I. Ut possessor,
sive m. sive b. fidei sit, dejectus fuerit, vel à Domino, vel ab alio. l. 4. §. 23. &
26. de usucap. II. Ut is, qui eum vi expulit de fundi possessione, possessio-
nem etiam apprehenderit. d. l. 4. §. 22. & l. 1. §. 28. de vi & vi arm. i) §. 2. F. 52.
& 2. F. 55. ubi omnis feudi alienatio regulariter prohibita. Quibus verò in ca-
sibus feudum licitè alienetur, vid. apud FF. ibid. Vultej. 2. F. 10. Zaf. p. 9. Feud &
al. Unde si quis feudum alicui vendiderit, talis Vasallus jure suo cadit, c. 1.
vers. callidus. 2. F. 54. & 2. F. 52. vers. si quis. Borch. de F. c. 8. n. 18. vid. & Vultej. d. lo.
e. 11. n. 42. & quoad hunc nostrum contractum de evictione tenetur indif-
tinctè, arg. pr. 2. F. 8. Quamvis non nisi ignoranti Emtori de evictione actio
competat, argum. l. 27. C. de evict. H. Pistor. 2. q. 10. & sciens de se queri debeat,
quòd talem rem emerit, arg. l. 1. in fin. de A. E. l. 26. C. de R. V. Unde etiam se-
cundum nonnullos tali Emtori actio adversus Venditorem de pretio recupe-
randum deneganda, argum. d. l. 27. Quod tamen H. Pist. d. lo. n. 27. propter l. fin. C.
commun. de legat. & Vultej. d. c. 10. n. 96. haud placet. k) l. fin. C. de jur. Emph.
o. fin. extr. locat. ubi constituitur, ut Emphyteuta, qui rem Emphyteuticam in-
consulto vel irrequisito Domino vendidit, reali subsecutâ traditione, jure
suo cadere debeat, d. l. fin. in fin. nisi requisita in eadem l. fin. præscripta obser-
ventur, de quibus vid. omnino Sichard. ad d. l. fin. l) l. fin. §. 2. C. commun. de
legat. Exceptis casibus in Auth. Res qua. C. d. t. expressis & à Vultej. 1. F. R. 35. n.
20. annotatis. m) l. 52. de contr. emt. Ratio est in l. 2. C. de ad. priv. cujus in-
zuitu etiam alia constituta legimus, l. 20. §. 10. de nov. op. nunt. l. 2. §. 17. & l. fin.
ne quid in loc. publ. Pœnæ loco constitutum est, ut uterque simpliciter prætet:
Venditor quidem, dum te venditâ & pretio convento carere; Emtor, dum
rem retinens sine pretio, duplum fisco inferre cogitur. d. l. 52. & l. fin. de damn.
infect. Quam pœnam evitat maritus in casu l. 45. de donat. inter vir. & uxor. &
l. 43. §. 1. de legat. 1. & quivis alius in casu d. l. fin. in fin. de damn. infect. n) quæ
nullo modo adjectione alterius materiæ usu nobis esse possunt, l. 35. §. 2. de
contrah. emt. Qui contrâ fecerit, L. Corneliæ de Sicar. reus est, l. 3. ad L. Corn.
de Sicar. A) quæ etiam non immunes sunt omnes pigmentarii, qui temerè
civivis venena mala, quæ, aliis medicamentis contemperata, fieri possunt sa-
lutaria, dare solent. d. l. 3. §. 3. o) l. 35. §. 3. de contrah. emt. l. 6. C. ad L. Fab. de
plag. vel quia species libertatis cujusdam est, fugisse & à potestate dominicâ
in præsentem liberatum esse: l. 17. §. 10. de ad. ed. Duar. ad tit. ff. ad L. Fab. de plag.
vel quia servus fugitivus sui furtum facere videtur. l. 1. C. de serv. fugit. & ibi
Sichard. p) l. 4. §. 2. l. 6. ad L. Corn. de Sicar. l. 1. & 2. C. de Eunuch. N. 142. qui-
bus in locis non solum pœna ultimi supplicii castranti irrogatur. d. l. 4. §. 2. &
mancipium, nec non locus, in quo servus Domino sumente & dissimulante
castratus, confiscatur, d. l. 1. sed etiam in eos, qui Eunuchos omnes, exceptis
Barbaris apud eosdem castratis, emere aut vendere ausi sunt, gravissima pœ-
na constituitur; ut etiam in tabellarios, qui instrumentum contractus scripse-
rent; & omnes, qui vectigal aliquod ex tali merce perceperunt: d. l. 2. quibus
Justin. in d. N. 142. pœnam talionis, cum publicatione bonorum adjecit & ser-
vos libertate donavit: vid. Don. ad t. C. qua res ven. non poss. n. 50. Zaf. 1. sing. rest.

63. n. 43. & Rittershus. ad d. N. 142. q) l. i. c. 2. C. de Cupp. ex Luc. Daph. vid. Cujac. ib. Pœna hic statuta 5. libræ auri. d. l. i. Sic hodiè in Italiâ sub Dominio Veneto quercus in alicujus fundo natæ, nec cedi, nec erui ab ullo privato possunt, ne quidem à fundi domino, quia Respub. Veneta his utitur in triremibus extruendis, refer. Pac. tr. hic. n. 9. §. 145. 1) l. 3. & l. 4. C. qua res ven. non poss. vid. Don. ad d. i. c. i. n. 47. In delinquentes capitalis pœna constituta est. d. l. 3. & 4.

XVII.

Res, quarum Emtio-Venditio tantum certis personis interdicia, vel ab omnibus vendi nequeunt; ut, Sa; a) Purpura, b) Sericum: c) vel omnibus vendi non possunt; ut, Res propria Emtori; d) Mancipium Christianum Judæo; e) & Res, quæ ad victum pertinent, aut quarum usus ad bellum gerendum esse potest, Barbaris. f)

a) Si quis sine mancibus, i. e. salinarum conductoribus, aut alio, quam hi permiserunt, sale emerit aut vendiderit, tam sal, quam pretium mancibus addicuntur. l. 11. C. de vectig. & comm. Constitutum hoc promovendorum vectigalium causâ, quo salinæ facilius reperiant conductores & publicanos. Donell. 12. c. 2. b) l. i. C. que res ven. non poss. Purpura enim erat insigne summorum Magistratum, & maxime Imperatorum, ejus usus ne vilesceret, & præterea materia assiduo usu consumeretur. Donell. ad d. tit. C. n. 8. constitutionibus Imp. purpuræ fucandæ, i. e. tingendæ, & distrahendæ facultas omnibus privatis adempta, & in contravenientes fortunarum & capitis pœna constituta. d. l. i. c) quod Barbari vendere, præterquam comiti mercatorum, nequeunt: l. 2. C. qua res ven. poss. quamvis illud Romani Imperii subditi omnibus in orbe Romano vendere possint. Ratio prohibitionis videtur esse; ne aurum, quo olim sericum, antequam ratio conficiendi ejus ad Romanos perveniret, contra vendebatur, ut ex Vopsic. in Aurelian. colligit Cujac. in paratit. C. d. tit. Barbaris indistinctè præbeatur, contra l. 21. C. de commerc. & merc. d) l. 16. l. 34. §. 4. l. 39. ff. & l. 4. C. de contr. emt. l. 22. §. 3. Mand. l. 45. de R. F. Quia emtione id agimus, ut rem nobis acquiramus: l. 80. §. 3. de contrah. emt. Res verò nostra, tanquam satis quaesita, nobis amplius quæri non potest: §. 14. I. de Act. Quam ob causam etiam neque stipulatio, l. 29. §. 1. de V. O. l. 82. d. tit. neque legatum rei nostræ in nos collatum consistit. §. 10. I. de legat. l. 41. §. 1. de legat. 1. Res autem nostra intelligenda, quæ verè & omni ex parte nostra est: qualis non est ea, I. in quâ ulumfructum habemus, l. 16. in fin. de contrah. emt. argum. l. 25. de V. S. quamvis officio judicis hoc casu pretium minuatur, l. 19. de contrah. emt. ratione scilicet ususfructus, qui locum servitutis obtinet, argum. §. 9. & ib. Bald. I. de legat. II. Quæ nobis cum alio communis: quocirca & hic pro parte, quæ res aliena est, valet emtio, l. 18. de contrah. emt. scisso videlicet pretio simili judicis officio. vid. Mud. ad d. l. 17. §. fin. n. 7. III. Aut cujus possessio penes alium est: l. 34. §. 4. de contr. emt. nihil enim commune habet cum domino, l. 12. §. 1. de acquir. possess. & aliud est rei, aliud possessionis pretium. l. 21. §. 2. quod motus caus. l. 3. in fin. utri possid. IV. Vel ususfructus. Donell. 12. c. 120. V. Item quæ commisso vindicata est: quia enim hæc statim definit esse ejus, & dominium rei vectigali acquiritur, l. 14. de publican. totam illam quandam suam quis emere potest, l. 11. §. 4. d. tit. VI. Aut capta in causâ iudicati; ut ob

Et ob sententiam executioni mandandam ex officio distrahatur. *l. 2. C. fin
 cau. jud. pign.* VII.] Et generaliter, in quâ alius quicumque juris sibi compe-
 tere prætendit: nam & hoc casu rem, quam firmiter nostram credimus, ju-
 ris nostri stabiliendi gratiâ emere possumus. *Br. Castr. Alex. & J. ad l. si pactus.
 §. 1. de legat. 1.* Sic etiam rem meam ex causâ non tutâ, ita ut mihi foris au-
 ferri possit, rectè emo, *text. in c. cum persona. de priv. lib. 6. & ibi Joh. Andr.* Qua-
 le exemplum in eo, qui ex causâ donationis rem accepit, quæ tanquam in-
 officiosa rescindi poterat, proponitur in *l. 4. C. de contr. emt.* Extra hos autem
 vel similes casus, rem suam purè & simpliciter (nam secus, si sub conditione,
l. 61. de contr. emt.) frustra quis emit; in tantum, ut rei propriæ emtio nec in-
 ter sciantes, nec ignorantes valeat. *d. l. 16. vid. Don. ad l. 4. C. de contr. emt. n. 13.*
 Quamvis ignorans Emtor pecuniam Venditori solutam repetere possit, quia
 nulla est obligatio: *d. l. 16. pr. scienti verò repetitio denegetur, arg. l. 1. de con-
 dict. indeb. & l. 53. de R. J.* e) *1. tit. C. ne Christian. man. hæretic. vel Jud.*
 Ratio est in *c. 8. extr. de Juda. & Sarac. & eorum serv.* f) Ne Barbari auro
 nostro ditentur, & inde vires adversus nos sibi comparent, *l. fin. C. qua res ex-
 port. non poss.* constitutum, ut iis non solum aurum minimè præbeatur, nève
 res, pro quibus aurum dandum, ab iis emantur, sed etiam si apud eos inven-
 tum fuerit, subtili auferatur ingenio. *l. 2. C. de commerc. & mercat.* Unde omnes
 res Barbaris vendere concessum est, ut sic aurum eorum ad nos transferatur:
 certis tantummodò rebus exceptis, quibus videlicet instructiores & validio-
 res adversus nos redderentur: ut sunt, arma & omnis generis tela, *in d. l.
 fin. recensentur*; ferrum omne, ex quo arma confici solent; item cotes fer-
 ro subigendo necessariæ: *l. 11. de public. & vectig.* frumentum, *sal. d. l. 11.* vinum,
 oleum, & omnis generis liquamen, *d. l. 1. C. qua res export. non poss.* In harum
 rerum venditionem aut exportationem statuta est pœna capitis & confisca-
 tionis bonorum. *d. l. fin. C. d. tit. & d. l. 11.*

XII X.

Valet itaque Venditio cæterarum rerum, sive corporales
 sint, sive incorporales: ut, Servitutes, a) Nomina sive Ac-
 tiones, b) & Hæreditas; c) sive sint Venditoris, sive alie-
 næ; d) sive existentes, sive futuræ; e) ut & Redituum an-
 nuorum. f)

a) *l. pen. §. 1. de contr. emt.* tam personarum, ut usufructus, *l. 12. §. 2. de
 usufr. l. 8. §. fin. de petic. & comm.* quam prædiorum, tum rusticorum, *l. 3. §. 2. de
 A. E. l. 46. §. 1. de evict.* tum urbanorum, *l. pen. §. 1. de evict. l. 16. Si serv. vindic.*
 b) Nomen significat debitum, actionem, & quicquid est in actionibus &
 persecutionibus ejus nominis. *l. 34. princ. l. 59. de legat. 3.* Unde modò dicitur
 vendi actio, *Rubr. ff. & C. de hered. vel act. vend.* modò obligatio, *l. 19. ff. d. tit.*
 modò nomen. *l. 4. l. 6. cum simil. eod.* Et hæc venditio valet, sive purè sit contractus
 obligatio, sive in diem, *l. 17. d. 2.* etiam invito & ignorante debitore, in quem
 competit. *l. 3. C. eod. & ibi. Donell.* Actio verò quamvis propriè in personam
 dicatur, petitio in rem, *l. 28. de O. & A.* tamen, cum & latissimè accipiatur
 A C T I O N I S verbum, ita ut omnem omninò actionem comprehendat, sive
 in rem sit, sive in personam, *l. 178. §. 2. de V. S.* propter hanc generalem signi-
 ficationem à Justin. in *l. fin. C. de hered. vel act. vend.* veteris juris interpreta-
 tione constitutum, ut non minùs utiliter actio in rem, quàm in personam

vendí possit. *Duar. cap. 4. de hered. vel act.* Actionum itaque venditio fieri debet, I. Lite nondum contestatá: aliás enim res litigiosa venderetur, & locus fieret pœnæ, de quâ in *l. fin. C. de litig. & th. 16. lit. f.* II. Ita, ne in potentiorém transferantur; nam si hoc fiat, debiti iacturâ mutantur creditores. *l. 2. C. ne lic. in potent. Sich. ad Rubr. C. de hered. vel act. n. 7. & 8.* III. Venditio sine fraude facta, secundum constit. Imp. Anastas. & Justin. valet usque ad quantitatem solutæ pecuniæ & usurarum ejusdem. *l. pen. & ult. C. Mand. Duar. & Donell. dd. ll.* Contractâ hac venditione, tenetur Venditor I. cedere actiones, i. e. Emtorem facere procuratorem in rem suam; & omne jus, omnemque actionem, *l. 13. de hered. vel act. vend.* tam adversus reum, quam fidejussores, ex eâ obligatione sibi competentem cedere, *l. 23. d. r.* imò etiam pignoris persecutionem præstare: *l. 6. eod.* Quamvis etiam absque cessione Emtor utilem habeat suo nomine actionem. *l. 7. l. pen. & ult. C. d. tit. Danell. ib.* II. Præstare debitorem eum, contra quem actio vendita, & quidem sine exceptione, *l. 5. de hered. vel. act. argum. l. 108. de V. S. Duar. d. lo.* aliqui aut in summam, cujus alter debitor dictus, aut quanti interest Emtoris, tenetur. *d. l. 5.* Non æquè autem obstrictus est præstare debitorem locupletem, nisi aliud actum sit: *l. 4. d. r.* vel nisi dolo malo vendiderit, sciens debitorem esse inopem, *argum. l. 1. §. 1. de A. E.* III. Quicquid vel compensatione, vel exactione fuerit consecutus, integrum Emtori restituere compellitur. *l. 23. §. 1. d. tit.* c) *2. tit. ff. & C. de hered. vend.* Cujus venditio ut valeat, oportet hæreditatem alicujus esse, eumque jam decessisse, *l. 7. d. tit.* propter *l. 8. de contrah. emt.* nisi nominatim actum fuerit, ut si qua sit hæreditas, ea emta sit. *l. 11. de hered. vend.* Hæreditate venditâ, Venditor nihilominus tenetur creditoribus hæreditariis, *l. 2. C. d. tit.* nisi fiscus sit, qui eam vendidit. *l. 1. C. eod.* Emtori autem I. Res hæreditarias, *l. 14. §. 1. ff. d. tit.* cum omnî emolumento, quod à morte testatoris, ad tempus usque venditionis ad eum pervenit, aut perventurum est, aut dolo malo ejus factum, quò minus perveniret, *l. 2. §. 1. & seq. d. tit.* tradere tenetur. II. Sicut corpora hæreditaria tradere, ut dictum, ita actiones hæreditarias, earum rerum nomine, quæ nondum ad se pervenerunt, Emtori cedere debet. *l. 2. §. 3. eod.* Quâ cessione factâ, jure mandantis utitur: *l. 5. C. d. tit.* sin minus, utiles actiones suo nomine movere potest. *d. l. 5. & lantepen. & pen. C. d. tit.* III. Debet etiam satisfacere de evictione hæreditatis; (non verò rerum singularium. *l. 2. ff. d. r. l. 1. C. de evict.* in quibus nec Ædilitio Edicto locus; *l. 33. de Ædil. Edict.*) & de facto suo, *d. l. 2. princ. d. l. 1. C. de evict.* Illud in disquisitionem trahitur: An etiam in Emtorem hæreditatis transeat jus confirmendi? Affirmativam, tanquam comm. Dd. opin. aliquot rationibus confirmat *Duar. lib. 2. de jur. accresc. c. 6.* Negativam econtrâ *Cujac. 12. obj. 13.* Utramque suo respectu veram existimat *Pac. tr. his. tit. 9. §. 179. membr. 10.* Emtor vicissim tenetur Venditori I. restituere, quod ipse Venditor, vel procurator ejus, vel alius quis ejus negotium gerens, pro hæreditate dedit, dummodò ipsi Venditori aliquid absit: *d. l. 2. §. 11. de hered. vel act. vend.* ut accidit in casu *d. l. 2. §. 16. & §. 17.* item *l. 18. d. r.* ut etiam *d. l. 2. §. 7.* II. Etiam si Venditor nihil adhuc præstiterit, propter hæreditatem tamen obligatus sit, nihilominus cum Emtore agere potest. *d. l. 2. §. fin.* III. Cogitur Emtor restituere servitutes: *l. 2. §. pen. d. r. l. 9. commun. præd.* item actiones, quæ contra defunctum competeabant. *d. l. 2. §. 18. & l. pen. de hered. vel act. vend.* quas additione hæreditatis Venditor amisit. d) *l. 28. de contr. emt.* Quia sufficit Venditorem evictionis nomi-

*nō*mine obligari, l. 11. §. 2. de act. emt. l. 17. de evict. cū necesse non habeat rem
 Emtoris facere: l. 25. de contrah. emt. nec talis venditio vero Domino quic-
 quam nocet. l. 6. C. de reb. alien. non al. Illud norandum: Quod sciens alienam
 rem emens, regulariter non habeat actionem de evictione, l. 28. de evict. nec
 possit pretium repetere. gl. in d. l. 28. Dn. Schneid. v. v. ad §. Actionum de act. emt.
 n. 26. l. de Act. e) Rerum, quæ in naturā non sunt, si modo legitime fore
 sperantur, ut fructus & partus, venditio rectē contrahitur, l. 8. de contrah. emt.
 sicut & eadem obligantur, l. 15. de pign. stipulando promittuntur, l. 73. de V. O.
 & testamento legantur. §. 7. l. de leg. Vis autem talis emtionis est, ut tacite
 non solum infir dilatio, argum. d. l. 73. quam res ipsa postulat, verum etiam
 conditio, l. 1. in fin. de C. & D. (Dils. contrā Dd. comm. Za. ad l. quod in rerum
 de legat. 1. C. ad l. interdum. de V. O.) quæ, cū existit, retrotrahitur, quasi
 tunc, cū negotium contractum, venditio facta sit. d. l. 8. Quare nullis fru-
 ctibus natis, aut partu non edito, emtio nulla est, arg. l. 8. de peric. & commod.
 & consequenter pretium datum conditione sine causā repetitur, gloss. in l. 39.
 in verb. responsum est. de contrah. emt. Fructibus autem natis, quamvis tenuibus,
 emtio in tantum valet, ut propter sterilitatem, ne partis pretii Emtori re-
 missio fiat, Mud. in d. l. 39. nisi fructuum nondum natorum certa quantitas,
 putā centum frumenti modiorum, in venditione expressa fuerit; nam hoc
 casu pretium ex eo, quod natum, constituitur. d. l. 39. §. 1. Barr. Bald. quos sequi-
 tur Mud. ibid. Non idem statuendum, cū quasi alea emitur: quod fit, quando
 captus piscium, aut iactus missilium emitur; quia enim ibi spei emtio est, &
 pura, idē etsi nihil inciderit, tamen emtio valet. d. l. 8. §. 1. f) per Nov. 72.
 c. 7. vers. licebit. & Nov. 160. pr. c. 1. & 2. in extravag. comm. de emt. vend. Reichs
 Abschied de Anno 1530. & 1548. sub tit. Von wucherlichen Contracten. Item Depu-
 tation-tag zu Speyr Anno 1600. §. Berners. Si modo I. justam pensionem
 non excedat, arg. l. 16. C. de usur. Salic. in Auth. Adhac. C. d. r. Quod autem sit
 justum annui redditus pretium, latē examinat Covarr. 3. var. resol. 9. n. 5. Ex
 constitutionibus Imperii hodiē res expedita est. Nam secundūm has emtio
 reddituum justam pensionem excedit, si ultra 5. in singula centena annua-
 tim accipiatur. Sed etsi hoc contingat, non tamen statim ob id corrui con-
 tractus emtionis, tanquam usurarius, sed illud, quod excedit justam pensio-
 nem, rejicitur, & fit reductio ad legitimū modum usurarum: sicuti mul-
 toties huiusmodi reductiones in Camera fieri testatur Gail. 2. obs. 5. n. 10. ubi
 n. 13. quomodo annui redditus constituantur; & n. 8. & 9. quid in venditione
 horum transeat, nimirum non fructus, sed jus, eosdem scilicet exigendi, non
 percipiendi. d. l. n. 13. Nec II. pactio, ut, nisi intra certum tempus redi-
 mantur redditus isti, maneant perpetui, adjecta: per alleg. c. 1. & 2. in extravag.
 comm. h. t. Covarr. 3. resol. 8. n. 7. Quod etiam innuere videntur prædicti Re-
 cels. Imp. in verbis: Wollen wir, daß dasselbig vnd alle andere vnzimliche Pacta vnd
 geding / für wucherlich vnd vnträfflich geacht werden sollen.

XIX.

Et hætenus de Rebus; subsequitur Pretium, a) quod in
 pecuniā numeratā b) consistere debet.

a) Quod licet interdum accipiatur pro eo, quod rem quamlibet com-
 pensat, & idem est, quod præmium, ut in l. 5. §. fin. de injur. nonnunquam et-
 tiam pro mercede, ut in l. 20. §. 1. l. 35. §. 1. l. 51. §. 1. l. 58. Locat. l. 19. de P. V. l. fin. §. fin.
 ad L. Rhod. de jact. l. 50. §. fin. de A. P. quæ proprie est locationis, & sine quā

Nulla intelligitur locatio, l. 52. de donat. in. vir. l. 23. Commun. d. v. pr. I. Lec. & 16.
 Dd. hic tamen accipitur proprie, pro rei aestimatione, seu pro eo, quo res
 aestimatur, & tali pecuniâ, quæ pro re venditâ datur. b) Nam PECU-
 NIÆ quoque non una occurrit significatio. Prima enim est generalis, &
 omnem omnino rem continet, tam soli, quàm mobilem, tam corpora,
 quàm jura. l. 222. & l. 178. de V. S. Secunda, quæ strictior, res pondere, nu-
 mero, mensurâve constantes comprehendit, ut ostendit Gœdd. in l. 4. n. 24. de
 V. S. Tertia strictissima est, & tantùm nummos sive pecuniam numeratam
 denotat, d. l. 178. & d. l. 222. l. 95. de legat. 3. l. 30. de legat. 1. l. 15. l. 27. §. 1. de aur. arg.
 legat. quæ hujus loci est. §. 2. l. h. t. & l. 9. C. de contrah. emt. Quamvis enim
 Sabinus & Cassius, etiam in aliâ re pretium consistere posse, crediderunt,
 propter rationes, quas adducit Hottoman. ad tit. ff. de contrah. emt. & Institut. ad
 §. 2. l. h. tit. Proculo tamen (cujus autoritas major fuit, quia etiam plurimum
 potuit, l. 2. §. fin. de O. F.) & Nervæ diversum placuit, quorum sententia, ut
 aliâs, argum. §. 8. l. & l. 4. ff. Mand. ita & hic prævaluit, d. §. 2. & verior est. l. 1.
 §. 1. de contrah. emt. Rationes vid. apud D. Ungepaur Exerc. Justin. 12. q. 2. in A. jo.
 Non minùs elegantes, quàm utiles hoc loco à Dd. cumulantur quæstiones,
 quarum aliquas tantùm breviter attingam. Primò itaque quæritur:
 An Emtio-venditio sit, si ex unâ parte res, ex alterâ res & pre-
 tium simul detur? Ubi distinguend. cum Gomez. 2. var. ref. 2. n. 10. Fachin.
 2. controvers. 44. 2. Quid juris, si convenerit, ut pro re, certâ
 quantitate taxatâ, res alia vel frumentum detur, vel Ven-
 ditoris nomine Emtor quid faciat? Et quamvis sint, qui veram
 emtionem hoc in casu, ubi res datur loco pretii, certâ ejus quantitate taxatâ,
 statuunt, contrarium tamen, tanquam verius, cum Pinel. ad Rubr. C. de rescind.
 vendit. p. 2. c. 1. n. 15. & 16. assero. 3. Quæritur: Num etiam venditio
 uno nummo celebrata subsistat? Quæ quæstio, ut non omnino
 vana, Hillig. in Donell. enucl. 13. c. 1. lit. i. in not. ita extra dubietatis aleam pos-
 sum, eandem eo casu, quo res vendita pluris non valet, v. g. si à pistore panem
 emam, subsistere; Duar. ad l. 10. de acquir. poss. Dn. Bocer. ad l. 23. de R. J. c. 4. n. 7.
 & hoc loco statûs controversiam esse; An etiam res magni pretii uno nummo
 recte vendatur? Quod Neg. arg. l. 10. §. fin. de A. P. l. 46. Locat. Dd. pro hac sen-
 tent. alleg. Dn. Harpprecht. ad pr. l. h. tit. n. 64. Dis. Cons. 1. disp. 16. quem sequi-
 tur Treuil. 1. disp. 28. eb. 12. lit. B.

XX.

Forma est ipsa, de merce à Venditore tradendâ & pretio
 in pecuniâ numeratâ ab Emtore dando, facta conventio.

Wes. in Ozcon. jur. de hered. vel act. vend. vid. Gœdd. de contr. stip. c. 1. n. 61. & ad
 l. 67. n. 7. de V. S. Solâ enim conventionione perficitur hic contractus; quamvis nec
 res tradita, nec pretium numeratum sit. l. 1. in fin. de contr. emt. pr. l. h. t. pr. l. de
 oblig. que ex cons. qui traditione rei & pretii solutione accedente confirmatus
 dicitur. Vulrej. ad pr. l. h. t. n. 7. Solâ, inquam, conventionione de re tradendâ
 & pretio dando. Si itaq; contrariæ conventioniones intervenerint, emtio non
 contrahitur. arg. l. pen. §. fin. de contr. emt. & l. fin. de cond. cau. j. dat. vid. Don. 13. c. 3.

XXI.

Ad formam etiam pertinet; Quòd tam inter præsentés,
 quàm

quàm absentes; per nuntium, vel per epistolam; a) in scriptis, vel sine scriptis; b) cum arrhâ, vel sine eâ: c) purè vel sub conditione, aut in diem, d) Emtio-venditio rectè contrahatur.

a) *l. 1. §. fin. de contrah. emt. l. fin. C. si quis sib. vel alt. fac. l. 2. §. 1. de O. & A. vid. Donell. ad l. 6. C. si quis sib. vel alt. n. 13.* b) *circ. fin. pr. l. h. t.* Regulariter quidem nulla scriptura requiritur, *arg. d. l. 2. §. 1.* Quòd si verò inter contrahentes ab initio convenit, ut in scriptis fiat, nec aliter valeat, non prius perfecta censetur, quàm instrumento legitime confecto, & omnibus suis numeris absoluto. Quòd factum intelligitur, si à Tabellario sive Notario in mundum redactum & subscriptum, partibus assentientibus, recitetur: *l. 17. C. de fid. instrum.* vel, si privati inter se hunc contractum in scriptis celebrare velint, instrumentum ab ipsis contrahentibus subscriptum. Quòd si ab alio privato confectum fuerit, contrahentium subscriptio, quæ totum scriptum approbet, requiritur: qui si literarum adeò ignari, ut subscribere nequeant, possunt vel unum Notarium, *ut quidam volunt per Nov. 44.* vel, *ut alii propter Nov. 73. c. 8. placet*, duos advocare, ut illorum nomine subscribant. *Alciat. 6. c. 8. parerg. vid. Dn. Schneidvv. ad pr. h. tit.* His ita intervenientibus, Emtio-venditio in scriptis habita perfecta est, cujus idem effectus, qui emtionis sine scriptis celebratæ; *de quo in seqq.* ex eâ tamen non ex tempore conventionis, sed scripturæ perfectæ agitur. *Gomez. 2. variar. resolut. 2. n. 17.* Sin autem prædictorum quid desit, nihil actum intelligitur, & neutra pars ad contractum perficiendum, vel id, quod interest, persolvendum tenetur, sed pœnitentiæ locus est. *d. princ. vers. Donec enim. l. h. tit.* Non autem in scriptis celebrata dicitur Emtio, quando contractu celebrato, wann sie sich des Rauffs vergütichen / propter labilem hominum memoriam, & ut, quod actum est, facilius probari possit, contrahentes Notarium, qui instrumentum conficiat, adhibent, vel alio modo in scripturam redigunt. *l. 4. de pignor. Dn. Schneidvv. d. pr.* Illud hoc loco non omittendum, quod de Instrumento venditionis, in quo de pretio nihil exprimitur, moveri solet: **Quatenus videlicet tale Instrumentum emtionem probet?** Ubi distinctione rem expediunt Dd. Aut enim agitur, inquit, de probandâ emtione inter contrahentes, adversus Venditorem, ejusve hæredes; & hoc casu Venditore negante se vendidisse, tantum minimè probabit, ut ad traditionem illius rei cogi possit: *Pinel. part. 2. Rubr. C. de rescind. vendit. c. 1. n. 7. Gail. 2. observ. 13. vid. Mascard. volum. 3. conclus. 1401. n. 8. de probar.* Rationes adducit *Gail. d. loc. n. 3. & 5.* aut quæstio est inter alios, quàm contrahentes: *e. g.* Quando in materiâ præscriptionis aliquis contra tertium ex tali Instrumento titulum suæ possessionis, quòd videlicet bonæ fidei titulo emtionis rem possideat, probare nititur; & tunc fidem facere prædictum Instrumentum concedunt. *Dn. Harpprecht. pr. l. h. n. 83.* Secus tamen est, si pretii & solutionis sive numerationis in genere fiat mentio: putà hoc modo; Quòd Titius vendiderit Sejo fundum Tusculanum pro certo pretio ipsi Venditori benè soluto; *ymb eine summa Gotes / so dem Verkäuffer zu danc entrichtet vnd bezahlet / daran er auch wol begnügt.* Hujusmodi enim Instrumenta, ex generali quâdam Germaniæ consuetudine, fidem facere etiam contra Venditorem & ejus hæredem, ad faciendam traditionem rei venditæ, tradit *Gail. d. loc. n. 2.*

*arg. l. 6. de R. C. & quod æquipollentium eadem sit disciplina, idemque iudicium, per vulg. jur. ubi etiam sapius in Camera sic iudicatum fuisse affirmat. vid. Mynsing. 4. obs. 74. Dis. Fachin. 2. controu. 34. d) quia hæc tantum evidentiis probationis gratiâ interponitur, nec ad substantiam obligationis quicquam confert. Gifan. in pr. l. h. t. Dn. Harpprechts. ib. Effectus autem arrharum adhibitarum, pro ratione temporis, quo interveniunt, diversus. Si enim initio Emptionis-ventitionis contractui nondum perfecto adhibentur, in hoc, ut sint pignus perficiendi in posterum contractus, tunc (quia nonnihil ad pœnam accedere videntur, vid. tamen Zas. ad l. Titia. de V. O. & Mud. ad l. 35. pr. de contrah. emt. n. 2. & tacitè inter contrahentes actum, ut, si non sequatur aut perficiatur contractus culpâ alterius, vel arrhæ datæ amittantur, vel duplicatæ restituantur) unicuique contrahentium sub amissione aut restitutione arrharum pœnitere licet: & Emptori quidem, Venditore contractum adimplere cessante, ad arrhas à se datas repetendas conditio ob causam dati causâ non secutâ, & ob eandem causam conditio sine causâ, *argum. l. 11. §. 6. de A. E. l. 2. C. quando lic. ab emt. reced. ad alterum verò tantum exigendum conditio ex lege, arg. l. un. de condict. ex leg. competit. Venditor e contra arrhas retinet, quas si Emptor, qui fidem contractus implere cessat, repetere velit, doli mali exceptione summovebitur, *argum. l. 2. §. 4. de dol. mal. & emer. except. Donell. ad l. 17. n. 15. C. de fid. instrum. Quòd si contractui omnibus partibus absoluto & perfecto, tanquam argumentum perfectæ & absolutæ emtionis, l. 35. pr. de contrah. emt. accedant, pars pretii conventi intelliguntur, unde etiam in partem ejus (nisi forsân aliæ res arrhæ loco datæ, quàm pecunia numerata, ut aurum, annulus, monile, d. l. 2. C. quando lic. ab emt. d. l. 11. §. 6. de act. emt. l. 5. §. 15. de inst. act. vid. Cuijac. 11. obs. 17. tales enim contractu impleto actione ex emto, vel conditione sine causâ repeti solent: d. l. 11. §. 6.) imputantur. l. 6. §. fin. & l. fin. de L. Commiss. Sed num etiam hoc casu quis à contractu perfecto resiliere possit, si vel arrhas datas amittere, vel acceptas cum altero tanto restituere velit, suspensos habet animos? Affirmativam licet defendant plurimi; quam etiam communem esse & in praxi receptam scribit Gomez. 2. var. resol. 2. n. 18. ut & Fachin. 2. controu. 98. Negativam tamen cum Wesenb. in parat. de contrah. emt. n. 9. Don. ad l. 17. C. de fid. instrum. Oldendorp. class. 4. act. 2. A. Fabr. 45. err. pragm. 8. nec non aliis, longè veriore iudico: tum, quia imp. in pr. l. h. t. nihil se in venditione sine scriptis innovasse profiteretur: tum, quia nec ab emtione in scriptis celebratâ, nisi aliquid ex his, quæ in d. l. 17. C. de fid. instrum. requiruntur, desit, sub amissione aut restitutione arrharum recedere licet. d. pr. l. in vers. donec enim. junct. vers. ita tamen. l. h. t. Ergo ut venditio sine scriptis suum primum retineat effectum, (à quâ semel perfectâ invito altero recedere non licet. l. 3. C. de rescind. vend. ne quidem duplo pretii oblaro, l. 6. C. eod. & ut sit bona comparatio ejusdem cum venditione factâ in scriptis, (à quâ, donec aliquid ex requisitis deest, impune arrhis non datis, vel iis intervenientibus cum jacturâ illarum recedere licet, d. pr. l. h. t.) necessario dicendum, neque Emptorem, sub amissione arrharum, neque Venditorem, sub restitutione duplicatarum, à contractu nostro semel perfecto recedere posse: tum denique, quia etiam constitutionem d. l. 17. C. de fid. instrum. de imperfecto contractu loqui, vers. illud etiam. & præcipue verba, *Faciendâ emtione; Non procedente contractui*: item; *Vendere pollicitus & emere pactus*; satis superque arguunt.***

Ad Argumenta Differentium in actu Disputationis. §. *Spenuib. l. h. d.*
l. 7. pr. l. 80. §. 2. de contrah. emt. dummodo conditio non sit I. impossibilis:
l. 31. de O. & A. argum. l. 185. de R. J. II. aut turpis & inhumana: veluti, si
 serui, quamvis criminosi, vendantur, ut cum bestiis depugnet: *l. 42. de con-*
trah. emt. nisi forsitan ad justam Domini querelam iudex permittat eos poenæ
 tradi; *l. 11. §. 1. ad L. Corn. de Sicar.* vel Magistratui, puta Ædili, aut similibus
 ad ludum gladiatorum; ut populo Romano munus ederetur, vendantur:
Goth. in not. ad d. l. 11. §. 1. III. vel talis, ut per eam tota emptio, in unius
 contrahentium voluntatem conferatur. *l. 13. C. de contrah. emt. l. 8. de O. & A.*
vid. omnino Donell. ad d. l. 13. Sciendum autem, conditionales venditiones
 tunc perfici, cum impleta fuerit conditio: *d. l. 7.* quâ existente venditio re-
 trotrahitur. *l. 11. §. 1. de pign.* Licet itaq; pendente conditione Emtor vel Vendi-
 tor decesserit, tamen eâ existente hæredes quoque obligati sunt, quasi jam
 contractâ emtione in præteritum. *l. 8. de peric. & commod.* Sic etiam subsistit
 emptio, licet res interea deterior facta; *vid. ib. 27. lit. b.* Num autem in-
 vitito altero pendente conditione à conventionem abire per-
 missum? Ita contendit *Goedd. ad l. 12. n. 11. de V. S.* Quod mihi non videtur,
arg. l. 13. §. 5. de pignor. quamvis ante eventum conditionis agi planè nequeat.

X X I I.

Finis est Necessitas & Utilitas humana, quibus hoc rerum
 commutandarum genere succurrendum fuit, ut eò meliùs res
 necessariæ inter homines communicentur, sive, ut JC. ait,
 perpetuâ pecuniæ æstimatione difficultatibus permutatio-
 num subveniatur.

in l. 1. ff. de contr. emt. Wesenb. in parat. ff. eod. n. 11. vid. Pac. rr. hic. t. 3. §. 12.

X X I I I.

Effectus est mutua Obligatio, ita ut alter contrahentium
 altero invito à contractu perfecto recedere non possit, a)
 sed ad mutuas præstationes teneatur: quæ aliæ sunt Ven-
 ditoris, aliæ Emtoris. b) Illarum nomine prodita est Actio
 Emti; harum Venditi. c)

a) *l. 54. de contrah. emt. l. 3. l. 7. C. de resc. vend.* b) Præstationes Ven-
 ditoris intelligimus, quicquid Venditor Emtori; Emtoris, quicquid hic Ven-
 ditori præstare necesse habet. *Donell. 12. c. 1.* c) Denominatione ab acto-
 ris personâ desumptâ, *l. 13. §. 19. de A. E.* ex cuius jure & personâ actiones me-
 titur atque distinguimus, *argum. l. 1. §. 1. ff. pars hæred.* Utraque harum est
 Civilis, *l. 33. vers. nam j. Civ. de Ædil. Ediç.* Bonæ fidei, *l. 11. §. 1. de A. E.*
§. 28. l. de A. l. 84. vers. quia iudicium ex vendit. b. ff. est. de legat. 1. Perpetua,
Dd. in l. 2. C. de pact. in. emt. l. 3. C. de præscr. 30. ann. Transitoria ad hæredes,
l. 10. l. 47. de A. E. pr. l. de perpet. & temp. act. & ib. Dn. Schneidv. & Directa:
Wesenb. in parat. de A. E. n. 1. Zas. ad §. Actionum. n. 13. l. de A. E. quia uterq; agit
 ad id, de quo contractus principaliter initus est. *Duar. ad t. de A. E. in pr.* Quam-
 vis alio respectu utilis actio competat, quando videlicet Dominus ipse non

contraxit, sed aliis ipsius nomine; ut, si procurator ex re, vel mandato Domini vendiderit, vel emerit aliquid. l. 13. §. 25. de A. E.

XXIV.

ACTIO EMTORIA datur Emtori, adversus Venditorem, ut, PRIMò, Rei venditæ b) vacuum possessionem, c) unâ cum fructibus d) & reliquis commodis, e) tradat. f)

a) five Rei emtæ, Rubr. ff. & C. de A. E. quæ etiam vocatur Ex emto, i. e. de re emtâ. l. 11. pr. d. s. b) Per Rem venditam intelligo non solum rem principaliter venditam, sed etiam accessiones, i. e. omne id, quod est accessorium & necessarium principali, ut capistrum equo, vestis servo: l. 1. §. 5. de possess. nam ad illas præstandas tenetur Venditor; eò quòd principali vendito, etiam accessorium, quod illi cohæret, venditum intelligitur: l. 13. in fin. de A. E. & plerasque res aliquando propter accessiones emin. us. arg. l. 34. pr. de contrah. emt. Solent hoc loco Dd. pluribus inquirere, Quid unâ vel alterâ re venditâ accessionis vice præstandum sit: ad quos, temporis brevitate exclusus, remitto: & quidem, Quid domo venditâ veniat: vid. in l. 76. de contrah. emt. l. 17. pr. & §. 7. l. 18. de A. E. l. 12. §. 24. de instr. vel instr. leg. & apud Gomez. 2. resol. 2. n. 13. Quid castro? vid. apud Menoch. 3. presumt. 97. & 1. A. F. 2. 54. n. 47. De jure patronatus tractat Lamberti. tract. de jur. patron. part. 2. lib. 1. quest. princ. 5. De equo, Bocer. cl. 2. diff. 3. th. 77. c) l. 2. §. 1. & ib. Br. & Costal. de A. E. l. 8. C. eod. Vacua autem possessio hic intelligitur, quæ ab omnibus, non solum veris possessoribus, (sive civiliter, sive naturaliter possidentibus, gloss. in l. fin. C. Unde vi. & in l. improba. ver. vacuum. C. de acquir. poss. gloss. in l. non idcirco. C. de fid. instrum. d. l. 2. §. 1. in verb. Creditores bona possideant. de A. E.) sed etiam iis, qui quoquo jure rem detinent, & ab Emtore impune expelli non possunt, arg. d. l. 2. §. 1. in verb. Qui legator. servand. junct. l. 9. C. locat. libera est, & vacat. Et ad hanc tradendam tenetur Venditor, licet se non adstrinxerit: tenetur enim præstare, ut Emtor potior sit in judicio possessorio. l. 11. §. 13. de A. E. Is autem in lite de possessione potior est in Interdicto Uti possidetis, quod est Retinendæ possessionis, qui vacuum rei possessionem habet. Duar. ad t. de A. E. Dis. Fab. de Mont. in q. 6. n. 66. per l. 68. de contr. emt. d) tam pendentibus, l. 13. §. 10. de A. E. Ratio in l. 44. de R. V. quam post perfectum jure contractum perceptus: l. 13. C. de A. E. etiam si pretium ab Emtore nondum solutum, per d. l. 13. Dis. Dd. comm. Bald. in d. l. 13. C. de A. E. Bart. ad l. fundi. ff. de pact. dot. Salic. ad l. 13. §. offerri. ff. de A. E. circa fin. Panorm. vol. 1. conf. 66. in 2. dub. Duar. ad t. ff. de A. E. qui acquisitionem fructuum ad solutionem pretii extendunt, quasi scilicet mora Emtoris in eo solvendo, dignam secum trahat pœnam amissionis fructuum rei emtæ; adeoque Venditor ad perceptos, post jure perfectum contractum, non, nisi post moram regularem (quam vulgò vocant moram in personâ, quæ per interpellationem opportuno loco & tempore expeditur, l. 32. pr. de usur.) vel irregularem, (quam vocant moram in re, d. l. 32. quæ solo tempore tardæ solutionis committitur, dum pretio soluto venditor tradere cessat,) teneatur: Salic. ad d. l. 13. n. 22. C. de A. E. quorum error satis detegitur, tum ex d. l. 13. C. de A. E. ubi commodo fructuum opponitur onus functionum, quod clarius confirmat l. 13. de impens. in res dot. fact. tum ex eo, quòd totius rei periculum & interitum non uno modo succineat Emtor; quare propter naturalem rationem l. 10. de R. F. & commo-
dum

nam ejus esse debet: §. 3. *I. h. t.* tum denique, quod moræ Emptoris aliud incommodum, usurarum videlicet, poenæ instar in *d. l. 13. in fin.* attribuitur. *vid. Castrenf. ad d. l. 13. §. 8. de A. E.* e) siue ex re venditâ procedat, ut, fructus, de quibus modo dixi: fetus, *l. penult. C. de A. E. l. 8. de evict.* *vid. Gomez. 2. var. resolut. 2. n. 14.* & illud, quod alluvione obvenit. §. 3. *I. h. t. l. 7. de peric. & commod.* Hoc enim ejusdem juris censetur, cujus est id, cui adcrevit; & idcirco quale jus alicui est in fundo, ejusmodi etiam est in additamento alluvionis, ut multis exemplis declarat Balduin. ad §. *Præterea. I. de R. D. Disf. Fab. de Mon. tract. h. quaest. 6. n. 18.* siue extrinsecus, occasione tamen rei venditæ, accedant; ut, mercedes ex operis servorum & vecturis jumentorum vel navium: *l. 13. §. 13. de A. E.* item per servum venditum quaesita. *d. l. 13. §. 18.* De pensionibus rei locatæ, ad quem pertineant? illustris est controversia & proforensi utilitate diligenter examinanda; in quâ contra *Dd. comm. gloss. Jac. Butrig. Salic. Castrenf. in d. l. 13. §. 11. de A. E. Fab. de Mont. q. 6. n. 22. Dn. Scheidvv. ad §. Añonum. de A. E. n. 30. I. de A. Donell. 13. c. 4. Covarr. 1. var. resol. 15. & alios. Fulgosi in d. §. 11. & Cuman. ad l. fin. §. fin. de jure fise. sententiam cum Alex. Turam. ad l. divorcio. §. ex contrario. n. 7. Solut. matrim. legibus & veritati magis consentaneam reor. Sic etiam, si ab alio rei venditæ damnum illatum, actionem Emptori præstare & cedere debet. *l. 13. §. 12. de A. E. vid. Mud. ad l. Julianus. §. fructibus. n. 30. & seqq.* f) Hæc traditio, de cuius effectu in *l. 11. pr. de A. E.* omninò necessaria est, tam ex parte Venditoris, qui hoc præstationis capite non liberatur, quod fortè aliâ ex causâ, etiam lucrativâ, res ad Emptorem pervenerit; nihilominus enim ex suo contractu obligabitur quanti interest præstare: *l. 13. §. 15. de A. E. l. 9. de evict. l. 17. de O. & A.* quàm Emptoris, qui propriâ autoritate rem emtam invito Venditore occupare nequit, *argum. l. 5. de A. P. l. 9. C. d. t. l. 13. quod met. caus.* Quamvis, si sciente & volente Venditore possessionem apprehenderit, in illâ permanere possit. *l. 2. C. de A. P. l. 47. de R. V. l. 1. §. fin. de except. rei vend.* Expeditur autem traditio non semper traditione mercium venditarum, sed & aliis modis: ut, clavibus cellæ vel horrei datis, merces in eis reconditæ & venditæ, censentur traditæ: *l. 74. de contrah. emt.* Sic sunt & alia, quæ vim traditionis habent. §. 44. *I. de R. D. l. 1. C. de donat. cum simil.* Et hodierno usu in rebus immobilibus tradendis, diversis in locis, diversæ tradendi solennitates observantur, quæ etiam juri Can. non omninò incognitæ. *c. 2. extr. de consuetud.* Quemadmodum etiam ementem in auctione publicâ per calami traditionem à Notario possessionem accipere, notat *Guid. Pap. q. 18. Gabriel. 13. commun. opin. de emt. vend. concl. 2. limit. 13. n. 48.* & alios modos refert *Pac. in tract. h. in. 8. §. 21.* Et hæc siquidem res corporalis vendita; quòd si incorporalis, quia neque à Venditore tradi, *l. 43. §. 1. de A. R. D.* neque ab Emptore apprehendi potest, *pr. l. de rebus corp. & incorp.* loco possessionis & traditionis interponitur cautio, quâ Venditor cavet, per se non futuram, quò minus servitute eâ, quæ vendita est, utatur: *l. 3. §. 2. de A. E.* vel etiam usus ejus pro traditione habetur, *l. fin. de servit.* cum Emptor in quasi possessionem inductus videatur, si sciente & consentiente Venditore servitute utatur: *l. 16. si serv. vindic. vid. Mud. ad l. 3. §. si iter. de A. E. n. 4. & præcipuè n. 4. 11. & 14.* qui consensus, siquidem expressus, appellatur Traditio; si tacitus, vocatur Patientia. *l. 11. §. 1. de Publ. in rem act. l. 1. §. fin. de S. P. R.* Et post talem servitutis traditionem vel quasi, Emptor servitutis nomine tam actionem, quàm exceptionem habet, *d. l. 16.* nec non interdita possessoria. *d. l. fin. de servit.**

Hinc nata illa anceps juris quæstio; Utrum Rei venditæ, quam Emtor urget, Venditorque tradere potest, necessaria sit traditio; an verò Venditor præstando interesse liberetur? Prius voluit Martinus; a) posterius Bulgarus; b) contra quem Martini partes cum Dd. comm. c) defendam. d)

a) teste gloss. in l. 1. pr. de A. E. in l. 4. C. eod. in l. 6. de hered. vel act. vend. & in §. sed certum. l. h. t. & ibi Joh. Fab. n. 9. & seqq. cujus glossatoris opiniones in disputationibus maximarum rerum veritilimas se expertum esse Johan. Oldendorp. in act. forens. c. 5. act. 8. testatur. b) qui ut aliàs semper, ita & hic à Martino dissentiens, Dan. Moller. ad Constit. Elect. Sax. p. 2. Const. 2. n. 5. nactus affeclas, Joh. antiq. gloss. Azon. Hugolin. quos deinde secut. Alciat. ad l. un. C. de sent. qua pro eo, quod inter. Covarr. 2. var. resol. 19. Don. 13. c. 2. & 27. comm. ad l. 13. §. fin. de re jud. & ad l. stipulation. 72. de V. O. & l. traditio. 4. C. de A. E. Fachin. 2. contr. 30. Gysan. ad d. l. 4. & Gædd. de contr. stip. c. 9. concl. 4. n. 68. & alii, de quorum fundamentis in ipsâ velitatione. c) Br. in d. l. stipulationes. n. 39. de V. O. Et hæc doctrinam esse receptam testantur Alex. ib. n. 30. & Jas. n. 35. nec non alii, quos citat Pinel. ad l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 25. Cuiac. ad d. l. stipulation. & ibi Corasac. 2. miscell. 3. Gomez. 2. resolut. 10. n. 22. Morz. col. 4. de natural. em. n. 26. Fab. de Mont. q. pr. 6. n. 38. Bronch. 2. aff. 57. Fab. 6. conj. 2. Dn. Bocer. de invest. Feud. c. 2. n. 27. & seqq. ac alii complures. d) 1. propter text. qui traditionem urgent, ut l. 11. §. 2. l. 30. & l. seq. pr. de A. E. l. 34. §. 6. l. 68. §. fin. & l. 80. §. fin. de contr. emt. cum similib. 2. Quia omninò cogitur tradere donator. l. 35. §. 5. C. de donat. E. multò magis Venditor. Antecedens concedunt Dis. Gædd. d. c. 9. n. 8. Quamvis Dn. Jusus Mejer. in dist. ad lib. 19. Pandect. r. 1. n. 24. id neget: cui satisfieri potest per ea, quæ tradit Don. 27. comm. ad l. 41. §. 1. de re judic. Consequentia non uno modo ex §. 2. vers. ad exemplum. l. de donat. probari potest. 3. Quia id præstandum est vi & potestate obligationis, de quo convenit. l. 11. §. 2. de A. E. Atqui in Emitione. Venditione non de præstando interesse, sed de re præstandâ convenit; quod ex effectu obligationis, qui est rem præstare, constat. l. 46. d. t. Ergo & c. 4. Aut denique, si iam rem tradi, quàm id, quod interest, est in obligatione, illud verbis, hoc re & sententiâ, ut hæcenus placuit dissentientibus, sequitur, minimè culpandum esse Venditorem, si rem, quam habet, non tradat; aut pœnâ aliquâ coercendum, si eandem rem duobus vendat: illud, quia in legem contractus non peccat; hoc, quia priori præstando id quod interest, posteriori tradendo rem ipsam, satisfacere potest. At culpatur Venditor, quòd rem venditam non tradiderit; dicitur enim in l. 4. C. de A. E. non tradere procaciâ, h. e. contumaciâ seu perversaciâ, ut post gloss. ibi. ipse Donell. r. c. 3. circ. med. explicat, argum. l. 53. in fin. de re jud. seu impudentiâ, Dn. Ungepaur in Exerc. Justin. 11. q. 5. in ajo. vel petacitate inhonestâ, per ea, quæ tradit Halig. in Don. enucl. r. comm. 3. lit. c. in nor. & pœnâ falsi coërcetur, qui eandem rem duobus vendidit; l. 21. ad l. Cornel. de fals. Ergo utrumque non erit in obligatione; & per consequens electio talis Venditori non tribuenda.

XXVI.

Si itaque moram in tradendo Venditor commisit, a) aut ejus dolo culpâve b) res interit, aut deterior facta fuit; ut aut

aut omnino præstari non possit, aut non talis, qualis vendita; in id, quod interest, c) condemnatur. d) In quam condemnationem deducitur omnis utilitas, quæ circa rem est: e) & utro tempore, sive contractus, sive sententiæ, res fuit plurimi; f) ita tamen, ne duplum pretii excedat. g)

a) Mora autem videtur esse, dicente JCo in l. 3. §. fin. de A.E. si nulla difficultas Venditorem impediatur, quod minus traderet. Ut ita raro evenire soleat, quamvis aliquando id accidere posse, argum. sit l. 21. cum 2. seqq. de usur. ut morâ non præcedente ob rem non traditam agatur, arg. l. 3. pr. de usur. cum Venditor statim, ubi pecuniam accepit, in morâ, re ipsâ, constituatur. l. 13. §. 20. de A.E. l. 5. C. eod. b) Tenetur enim Venditor regulariter de dolo, culpâ latâ & levi. l. 35. §. 4. de contr. emt. utpotè qui omnem custodiam, & proinde omnem culpam, excepto solo casu fatali, præstare debet, l. 2. in fin. l. 3. l. 11. de peric. & commod. ex naturâ scilicet contractus: nam si pactum adjectum, ut Venditoris sit damnum & periculum, illud omnino servandum: l. 10. de peric. & commod. quin. imò etiam nullo pacto adjecto, interdum plus, interdum minus præstare necesse habet. Plus; putâ, culpam levissimam & casum fortuitum: ut, I. Si in morâ tradendi fuit, l. 4. C. d. t. post quam teneatur, quamvis res casu aliquo, cui obfisti non poterat, perierit: l. fin. C. eod. Nisi forsan post hanc moram, etiam Emtor in accipiendâ re moram fecerit: l. 17. ff. d. tit. sic enim clavus clavum tradit, ut ait Zas. ad l. 91. §. 3. de V. O. II. Si vinum vel res similis ad mensuram, pondus aut numerum, vel ut degustetur, vendita sit. l. 1. §. 1. l. 3. l. 10. §. 1. ff. d. t. & l. 2. C. eod. Minus; dolum scilicet tantum: ut, §. 1. Emtor in morâ accipiendi fuit. l. 5. l. 17. de peric. & comm. 2. Si rei venditiæ possessio precario vel conductionis jure penes Emtorem sit. l. 16. d. t. c) Id quod interest, intelligere debemus, quod nostra interest, qui agimus. l. 1. pr. de A.E. l. 3. §. fin. Ut possid. Id ipsum enim est, quod nobis abest, quodque lucrari potuimus: quibus verbis id, quod interest, in l. 13. Rem rat. hab. describitur fac. l. 33. in fin. pr. ad l. Aquil. Don. ir. de eo quod interest. c. 12. pr. d) Sic ait Paul. in l. 10. pr. quibus mod. pign. vel hypoth. solv. Pro quo Imp. in l. 4. C. de A.E. in condemnationis taxationem deduci, quanti interest, dixerunt. Ulp. in l. 1. de A.E. ait: In id, quod interest, agi, scilicet non simpliciter & absolute, sed velut in subsidium, si res non tradatur. vid. Mud. ad t. de A.E. s. ult. ut quod int. Vend. præst. n. 4. & 5. e) eo scilicet casu, quando post moram Venditoris res adhuc existat; tunc enim omnis utilitas Emtoris in æstimationem venit, quæ modò circa rem ipsam consistit: l. 21. §. 3. de A.E. qualis est omnis utilitas; cui insunt hæc duo: 1. Ut certò haberi potuerit: 2. & quidem ex eo solo, quod præstandum, non aliunde. Quod JC. in d. l. 21. §. 3. duobus exemplis indicat, quæ eleganter pro more suo declarat Don. 26. c. 23. Non igitur exigenda est utilitas, quæ ex rei corpore nascitur, quasi circa rem, idem sit, quod in re: cum potius omnis utilitas, quæ circa rem est, extra rem sit: Donell. d. c. 23. sed spectandum, unde hujus utilitatis quærendâ causâ nascatur; adeò ut, si per rem acquiratur, vel si ejus quærendâ causâ sit in re, quæ debetur, quantumvis ipsa utilitas extrinsecus veniat, tamen hæc utilitas sit ea, quæ circa rem consistere dicitur, & quam Venditor præstare necesse habet; veluti, si hæreditas servo delata, isque evictus fuerit. vid. Don. d. l. 6. f) Quando nempe post moram, dolum, culpamve Venditoris

res vendita interit, aut deterior facta est. l. 3. §. 3. de A. E. Hic se offert gravissima & intricatissima quaestio; Ad quodnam tempus reducenda sit aestimatio rei pure debitae, post moram peremptam? In qua enodanda omnis prope aetatis Viri docti sudarunt, ac laborarunt plurimum, usque ad eod, ut Jac. Cujac. J. C. acutissimus, in tr. ad Afric. ad l. hominem. 37. Mandat. postquam de hac quaestione tractaverat, in haec verba erumpat: Nullum hodie esse vel iudicem, vel patronum, vel J. C. tum, qui non bareat maneat, suspenso, quoties haec de re tractatio incidat: quam novis elegantè ac prolixè tractat Dn. Hunn. in tract. de estim. rer. quaest. 8. ubi sex opinionibus refutat, tandem concludit: Rem pure debitam ac post moram peremptam estimari ex eo tempore, quo unquam fuit plurimi. Cujus sententiam (quamvis licet de tota illa quaestione meam facere nolum) hic amplexus, eò magis, quòd in d. l. 3. §. 3. quaestio haec, quantum ad nostrum propositum satis est, expressè decidatur. Ubi per verba, Quo venit, non tempus traditioni dictum, seu dies adjectus denotatur, nec idem, quàm de quo convenit, significant; sed potiùs iisdem tempus contractus designatur, & idem valent ac, quo vinum venditum est. Tempus autem contractus, quod ibi inspiciendum dicitur, idem est cum tempore morae, arg. §. 4. d. l. 3. quia in nostro contractu Venditor statim ac pretium accepit, in mora re ipsa constituitur. l. 13. §. 19. de A. E. l. 5. C. eod. vide Hunn. d. lo. aliter d. verba, quo venit, explicantem. g) secundum Constit. Justin. in l. un. C. de sent. qua pro eo quod interest.

X X V I I.

Secus, si dolo, culpave, aut morâ Venditoris non interveniente, res tradi non possit; quia tunc omne incommodum & periculum, a) quod post perfectam venditionem b) rei venditae c) contingit, ad Emtorem pertinet. d)

a) quod scilicet ex rei naturâ oritur, sive sit peremptionis, §. 3. l. h. t. l. fin. §. fin. de rescind. vend. l. 16. de condit. caus. dat. l. 7. pr. l. 11. de peric. & comm. l. 34. §. pen. de contrah. emt. l. 24. junctâ l. seq. de jur. dot. l. antepen. pen. & ult. C. de peric. & comm. sive deteriorationis, aut minorationis, d. §. 3. ibi: longè minor aut deterior. l. h. t. l. 8. pr. de peric. & comm. Ratio: quia Venditor est debitor, qui casum fortuitum ex nullo contractu praestat. l. 23. de R. J. l. 6. C. de pignor. act. conf. Don. ad l. i. C. de peric. & comm. A. Fab. 2. conj. 4. P. Aug. Morla in Emp. jur. p. 1. r. 9. de contrah. emt. n. 103. Dn. Ungep. in Exerc. Jusl. 11. q. 6. in Ajo. Dis. Cujac. in tr. 8. ad Afric. in explic. l. 33. Locat. Gothoff. in not. ad d. §. 3. l. h. t. & eodem serè modo Dn. Bocer. ad l. contractus. 23. de R. J. c. 2. n. 7. quos etiam sequitur Dn. Rittersbus, ad d. l. 23. c. 7. circ. fin. quibus responderet Hottom. & Hunn. in tr. de estim. rer. q. 2. Secus est, si fortuito accidat; ita ut ex causâ extrinsecâ res praestari non possit: tale enim periculum, undecunque sit, Venditor sustinere cogitur; d. §. 3. vers. quòd si fugerit. l. h. t. dummodò res ita sit amissa, ut adhuc naturâ praestari possit. l. fin. de A. E. l. 91. §. 1. de V. O. A' quâ tamen praestationis necessitate liberatur Venditor, si actiones venditori praestare paratus sit. l. 80. de furs. Quae praestari possunt, non solum si Dominus est Venditor, d. §. 3. vers. utiq; sâmen. verùm etiam si non est, modò rem alienam justo titulo fuerit consecutus; ita quòd incepisset illam usucapere, quo casu habet Publicianam actionem.

rem. *l. 1. de Public. in rem act.* Quod si autem nullas habet, quod accedit, si res
aliena fuit, quæ furto subtrahitur, *l. 35. §. 4. de contrah. emt.* aut si fundus sit publi-
catus; *l. 33. Locat.* ob id ipsum damnandus est; *d. l. 35. §. 4.* eatenus scilicet, ut
pretium restituat, non etiam, ut id, quod interest, præster, si quid pluris Emtoris
inter sit rem vacuum sibi tradi, *arg. d. l. 33. A. Fab. d. c. 4. quem sequitur Schifor-*
degh. lib. 2. tr. 18. q. 3. & Dn. Ungep. d. lo. in Nego. Dis. Hum. in tr. de estim. rer. q. 2.
Hæn. disp. 3. ad l. 10. de R. F. q. 1. Ant. Matth. ad §. 3. l. h. r. nec non alii. b) Per-
fecta autem censetur venditio sine scriptis, simul ac de pretio certo pro re
dando convenerit: *pr. l. h. r.* In scriptis, si scriptura in mundum redacta & à
contrahentibus, prout supra *th. 21. lit. b. diximus*, approbata. *d. pr. l. h. r. & l. 17. C.*
de fid. instrum. Conditionalis verò conditione existente demum perficitur,
per tradita ad th. 21. lit. d. Unde jam sequitur, conditione deficiente, quia nul-
la est emtio, *l. 8. de peric. & comm.* Venditoris tanquam Domini periculo rem
fuisse. Quod si autem extiterit, distinguendum, an pendente conditione
res planè interierit, an verò sine dolo & culpa Venditoris, deterior effecta
adhuc extet: illo enim casu, quoniam similiter nulla est venditio, *d. l. 8. vers.*
planè si. utpotè quæ nec pendente conditione poterat contrahi, *argum. l. 213.*
de V. S. nec eà existente: quemadmodum enim rei non existentis nulla po-
test fieri emtio, *l. 8. l. 57. de contrah. emt.* sic nec confirmari aut convalescere.
Wesemb. in parat. de peric. & commod. rei vend. n. 4. Quod si verò existente con-
ditione res, licet deterior, adhuc extet, quia jam tempore existentis condi-
tionis subest res, quæ venditur, contrahitur emtio, & quidem ita, ut valeat
in præteritum, quasi ab initio fuisset contracta, *l. 11. qui potior. in pign. Donell.*
ad l. 1. C. de peric. & commod. omni periculo & incommodo ad Emtorem re-
dundante. *d. l. 8. in fin. pr. ff. d. 1.* c) Rei venditæ autem damnum contigisse
non videtur: I. Si non species certa, sed genus venditum fuerit; hoc enim
quia intire nequit, *l. 11. C. si cert. pes.* non potest dici, rem, quæ venit, perisse:
unde genus venditum semper præstandum. *Duar. ad t. ff. de peric. & comm. rei*
vend. & huc refero l. 14. §. 1. d. 1. II. Si species quidem vendita, verum sub al-
ternatione: quia enim in alternativâ emtione, veluti Stichi aut Pamphili,
l. 34. §. pen. de contrah. emt. licet verbis pura, re ipsâ tamen inest hæc conditio:
Ut alter debeatur, si alterum non tradam, *argum. l. 3. Qui & à quibus manum.*
idcirco hoc casu, si diversis temporibus perierint, prioris periculum Vendi-
torem; *per ea, quæ modò de conditionali Vendit. dixi:* posterioris verò, tanquam
qui purè jam deberi incepit, ex eo, quo alter, qui decessit, præstari non po-
tuit, *l. 95. pr. de solut. l. 2. §. 2. de eo quod cert. loc.* Emtorem concernit, ut pretium
pro eo Venditori debeatur. *d. l. 34. §. pen.* III. Aut etiam res vendita talis, cui
pretium ex mensurâ, pondere aut numero statui, vel prius degustari solet:
ut est, vinum, oleum, frumentum & similes res. Quia enim & his rebus
venditis, ante admensurationem, adpensionem & adnumerationem nulla
res certa vendita intelligitur; adjicitur enim mensura, ut appareat, quid,
quale, quantumque postea veneat; *l. 8. pr. de peric. & comm.* ne sic quidem rei
incertæ, qualis hoc casu res vendita, damnum contigisse dici potest. Quo-
circa omni vino, quod in cellâ est, uno pretio, & sic per aversionem ven-
dito, idem observatur quod in cæteris rebus; *l. 35. §. 5. de contrah. emt.* & post
perfectam emtionem omne periculum statim ante degustationem ad Emtorem
spectat. *l. 62. d. rit. l. 4. §. 1. de peric. & commod. l. 12. C. eod.* Ratio est in *d.*
l. 8. ff. d. rit. Secus verò est, si vinum, vel alia res, (quæ enim hic de vino ad
mensuram venditio dicatur, ad omnes res similes pertinent: *l. 2. C. d. r.* quales
sunt,

sunt, quibus pretium ex mensurâ, pondere aut numero statuitur *l. 35. §. 5. de contrah. emt.*) ad mensuram; vel ita, ut degustetur, vendita: utroque enim hoc casu omne periculum Venditoris est, tam interitus, quia videlicet vini hoc modo venditi emtio imperfecta est, *l. 1. pr. §. 1. de peric. & comm. & tacitam* habet in se conditionem, si ad mensuram, *d. l. 35. §. 5. argum. l. 6. de legat.* quàm mutati vini, h. e. acoris vel mucotis; quia non solum conditionalis est hæc venditio, *ut dixi*, sed etiam generis esse videtur: *Wesemb. in paras. de peric. & comm. n. 3.* ita ut nec fatale damnum, in casibus, ubi ad mensuram, vel ut degustetur, vinum venit, ad Emtores pertineat: **P**ERICULI enim verbum, quod in *d. l. 2. §. 1. l. 35. §. pen.* habetur, propriè ad casus fortuitos refertur. *l. 5. §. 2. commod.* Et hæc omnia obtinent; nisi Emtor faciendâ mensurâ aut degustandi moram interposuit. *d. l. 2. C. h. r.* Quando autem vinum ad mensuram venditum intelligatur, *vid. apud Donell. ad d. l. 1. C. de peric. & commod. d) l. 1. C. d. tit.* quo significatur; Venditorem eo casu liberari, ut non modò ob rem non traditam Emtori non teneatur in id, quod interest; juxta vulgatum: Interitu speciei liberari debitorem, si sine culpâ aut morâ ejus contigit: *l. 23. de V. O. l. 5. de R. C.* sed etiam possit pretium ab Emtore petere, licet ille rem non fuerit nactus. *§. 3. l. h. r.* Dissent. *Cujac. tract. 8. ad Afric. in expl. l. 33. Locat. & Dn. Bocer. ad l. contractus, 23. c. 4. n. 7. de R. F.*

XXIIX.

SECONDÒ ita debet tradere; ut habere eam in posterum liceat, *a)* nec evincatur. *b)* Quod si fiat, *c)* de Evictione Venditor tenetur. *d)* Ubi tamen requiritur: **I.** Ut res ablata sit Emtori & omnis spes habendi abscissa. *e)* **II.** Ut iudicio sit ablata. *f)* Denique, ut Actoris jure, non culpâ Emtoris, *g)* aut injuriâ Judicis, *h)*

a) Indicatur hoc præstationis caput expr. in *l. 11. §. 2. & §. 8. de A. E. & l. 8. de evict.* Nec enim solum ab initio vacua possessio tradi debet, *per trad. in th. 24. lit. c.* sed etiam ita, ut in posterum perpetuò eam habere liceat, nec ex causâ; quæ venditionem præcessit, *l. 11. de evict.* evinci possit: & harum præstationum differentia in actionibus relucet; illius siquidem nomine statim est actio emti; hujus respectu non aliter est actio de evictione, quàm re evictâ i. e. ablata & omni spe habendi abscissâ. *l. 35. l. 57. de evict.* *b)* *Evincere rem Emtori*, nihil aliud est, quàm rem venditam jure judicioque ei auferre, scilicet vincendo extorquere. *vid. Don. 13. c. 2. & in tr. de evict. c. 3. pr. & ad l. C. de evict.* Evictio itaque est, rei nostræ, quàm adversarius legitimo titulo adquiserat, per iudicem facta recuperatio. *Wes. in paras. ff. d. tit. Treusl. vol. 2. disp. 2. th. 5.* *c)* ob id fortè, quòd res aliena fuerit, aut pignori obligata: his enim de causis jure proprietatis à Domino, vel pignoris à Creditore res evinci potest. *Donell. d. c. 2. vid. Mud. ad tit. de A. E. tit. Spec. quand. commiss. stipul. n. 41.* *d)* ex naturâ contractus: *l. 11. l. 66. de A. E. l. 60. de evict. l. 6. ob. Gothofred. C. d. tit. licet plerunque etiam per stipulationem, de quâ in th. seq. Emtori hoc nomine caveatur. e)* *l. 35. l. 57. de evict. l. 3. C. d. r. vid. Donell. ad Rubr. C. eod. n. 2.* Ita ut Emtori, quamdiu rem sine incommodo suo ex traditione à Venditore factâ habere licet, actio de evictione non competat. *quo fac. exempl. d. l. 3. C. d. r. l. 74. §. 2. l. 39. §. 1. l. 57. & l. 21. §. 2. ff. eod. de quib. vid. Don. d. et. c. 3. & Mud. d. s. Spec. quand. commiss. stip. n. 18.* Quamvis ex emto actio interdum detur

Actur; ut in casu l.9. §. 1. 41. de evict. Item l.30. §. fin. & l.4. pr. de A.E. vid. Dot.
d. loc. f) l.24. l.17. C. eod. Sive itaque res vi adempta, l. fin. C. de A.E. l.11. de
evict. five alio casu perierit, l.21. d. iit. l.26. C. eod. Venditor non tenetur: adver-
sus quem multò minus erit actio, si Emtor propriâ voluntate suâ nemine
eogente rem amisit, ut in casu l.25. l.51. §. 2. l. fin. l.56. §. 2. de evict. vid. Mud. d. lo.
n. 12. 13. & 45. aut sine judiciali disceptatione tradidit, l.17. C. d. t. etiam si ob con-
demnationem arbitrii compromissarii hoc fecit, l.56. §. 1. ff. eod. vid. Gomez. 2.
resol. n. 40. g) Hujus culpâ res evicta intelligitur, si prætermisit ea, quæ
ad retentionem aut defensionem rei pertinent, & ab eo exiguntur: quo-
rum præcipuum est. Quòd Venditori, litem sibi de re venditâ motam, denun-
ciare debet: l.53. §. 1. l.29. §. fin. de evict. l.8. C. eod. l.1. C. de peric. & commod. quod
veteres uno verbo laudare autorem dixerunt, vid. Don. in tr. h. c. 5. Et hæc de-
nunciatio (quæ ideò exigitur, ne Emtor tanquàm minus instructus de jure
Venditoris succubuisse videatur, qui lite denunciata plenius ab eo instruitur &
sic vincere potuisset, d. l.53. §. 1.) debet fieri Venditori, aut eo mortuo ejus
hæredi: d. l.8. siquidem Venditor præsens est, & sui copiam facit: d. l.53. §. 1.
etiam si sciat litem Emtori de re venditâ motam, l.74. §. 4. d. t. vid. Donell. ad
d. l.8. C. eod. n. 11. Non sufficit autem, ut Venditor de lite motâ certioretur,
l.17. C. d. t. sed etiam, si non expressè, saltèm tacitè, Emtor petere de-
bet, ut ad defendendum veniat & causæ adsit, per l.29. §. fin. l.74. §. 2. ff. de
evict. l.20. l.21. l.23. C. eod. l.75. de procur. l.49. pr. de judic. l.1. pr. de peric. & comm.
in quibus locis omnibus requiritur interpellatio ad defendendam litem.
Mud. d. lo. n. 59. vid. Fachin. 2. controvers. 34. De tempore, quo Venditori de-
nunciandum, ut causæ adsit, & defensioni adstet, nihil referre traditur
in l.29. §. fin. de evict. dummodò ne prope ipsam condemnationem hoc fiat,
i. e. dummodò tunc denunciatur, cum abhuc integrum est Venditori cau-
sam instruere, vid. Donell. ad l.8. C. de evict. & d. tr. c. 5. Gomez. 2. resol. n. 39. De
pœnâ non denunciantis est l.53. §. 1. de evict. & l.8. C. eod. Denunciatione au-
tem factâ, siquidem actor causæ defensionem suscipit, liberatur Emtor
omni molestiâ; & nihilominus re evictâ actionem habebit de evictione:
¶ verò Venditor defensionem negligit, secundo loco, ab Emtore exigitur,
ut causam agat, & omni meliore modo defendat, l.55. de evict. Quocirca
sive Emtor judicio non adfuerit, l.8. C. d. t. d. l.55. five exceptionum aliquas
prætermiserit, argum. l.10. §. 12. Mand. five de possessore petitor factus, &
ob id victus: l.29. §. 1. de evict. vid. Donell. ad l.8. C. d. t. n. 3. five cum faciliore
& expeditiore judicio rem persequi potuisset, difficiliore experiri maluerit,
cujus exempl. in l.66. d. t. Donell. ad d. l.8. C. eod. n. 4. five denique exceptio-
ne aliquâ, ex suâ personâ remotus fuerit, l.27. ff. d. t. vid. Mud. d. t. spec.
quand. com. stipul. n. 42. his omnibus & similibus casibus suâ culpâ vinci in-
telligitur, & nulla evictio præstat. Don. ad d. l.8. h) hæc altera causa
est, ut, licet omnia fecerit Emtor, nihilque eorum, quæ ad defensionem
ab eo exiguntur, prætermiserit, tamen petitoris jure res evicta non in-
telligatur; injuria enim judicis declarat, Emtorem bonam causam habuisse,
qui contra jus condemnatus est, ita ut injuria, quæ ei fit, auctorem non
possit contingere, l.51. in fin. pr. h. i. c. fin. extr. de emt. vend. cum imprudentia &
injuria judicis casus fortuiti censeantur, c. un. ibi: injuste vel casu fortuito. 2. F. 7.
qui emtione perfectâ ad Emtorem pertinent; l.8. de peric. & commod. Covar.
ruv. 3. resolut. 17. n. 10. Quæ autem de culpâ Emtoris & injuriâ judicis jam dixi,
locum habent, nisi actor is fuerit, qui evictionem præstare debebat: quo

numero est Venditor, *L.17. de evict.* ejusve hæredes, *L.73. d. tit. L.14. C. eod. & ff.* qui sunt fidejussores evictionis: hi enim, cum Emtori habere licere præstare debeant, improbè faciunt, si eum oppugnent, & idcirco licet aliqua culpa Emtoris hic objici, aut etiam injuria judicis subesse possit, tamen hæc Venditoris majorè culpâ, atque adeò dolo manifesto vincitur, qui cum Emtozem defendere debeat, summâ cum injuriâ effecit, ut ita condemnaretur. *Donell. d. tr. c. 5. & ad d. l. 8. n. fin.*

XXIX.

Hoc modo re evictâ, a) Emtori adversus Venditorem de evictione est b) Actio emti; c) & siquidem stipulatio interposita, d) certi conditio: e) nisi quis sciens rem alienam vel pignori obligatam emerit, f) vel id actum sit, ne evictio præstetur. g)

a) sive totâ, sive pro parte. *L.1. l. 39. §. 2. de evict.* Ac siquidem pro indiviso pars evincatur, pro quantitate ejus pretii actio est; sin certa pars, pro bonitate loci sit æstimatio, *d. l. 1. fac. l. 45. l. 54. §. penult. de evict.* nisi in casu *L. 53. pr. d. t. vid. omninò Donell. in tr. de evict. ad d. l. 64. & Mud. ad t. de A. E. tit. ad quid somm. stip. n. 28. & seqq.* b) ut reliqua remedia, quæ ei competunt, non attingam; veluti, 1. Actio ex stipulatione indemnitaris, si fuerit interposita: *L. 22. de evict.* 2. Doli exceptio contra Venditorem petentem pretium: *l. 5. C. eod.* 3. Pignoris persecutio, quod Emtor ob evictionis periculum accepit à Venditore, *L. 15. C. d. t.* & alia, quæ non pertinent ad emtionem-venditionem: e. g. Cùm liber homo datus est in solutum, agitur pristina actione, ac si nihil solutum fuisset: *L. 8. C. de sentent. & interloc.* sic cum res ex contractu innominato ad eum pervenit, cui postea est evicta, agitur præscriptis verbis, *L. 7. C. de pact.* c) Datur autem hæc Actio emti de evictione, Emtori, adversus Venditorem, ejusve hæredem, *L. 51. §. 1. de evict.* non ad pretium duntaxat recipiendum, sed etiam id quod interest, *L. 70. d. t.* rem scilicet evictam non esse; *L. 23. C. eod.* sive jam minoris, *d. l. 70.* sive plus esse cœperit res, quàm fuit cum venderetur, *argum. l. 1. de A. E. l. 8. de evict.* quos duos fines Actionis ex emto pluribus in locis distinctos legimus, ut in *L. 13. §. fin. l. 43. in fin. vers. non enim pretium tantum. de A. E. l. 60. l. 70. l. 74. §. 1. de evict.* Ordinariè enim & semper ad pretium agitur; conventum scilicet, quod formale J. C. dicitur in *l. 62. §. 1. ad L. Falcid.* non ad veram rei æstimationem, ejus temporis, quo evincitur: *vid. Mud. d. l. n. 4. & 8.* Ad interesse verò, quamvis rarò fiat, ne quid ampliùs fortè interst, non semper, ut ad pretium agi, evincit *L. 13. §. fin. de A. E.* Quod si tamen fiat, in hanc Actionem venit id, quod interest, evictionis tempore; verùm eatenus, ne excedatur duplum pretii conventi tempore contractus. *l. un. C. de sent. qua pro eo quod interest.* Differentia hujus Actionis ex emto de evictione & Actionis ex emto simpliciter, in eo est, quòd licet in utràque præstetur id quod interest; tamen in illâ præstandum, quanti interest rem traditam, & aliquandiu ab Emtoze, aut alio ejus voluntate possessam, non evinci, neque ei auferri: in hæc verò, quanti interest Emtoris à Venditore contractum impleri, & sic rem venditam tradi. *Mud. d. l. n. 1.* d) Venditor enim non tantum de evictione non promissâ tenetur, verùm etiam de evictione debet expressè promittere, Actione ex emto in hoc datâ. *l. 11. §. 7. de A. E.* Ea autem stipulatio est

vel

vel simplæ, in quâ promittit Venditor, re evictâ simplum pretium restituere: *l. 16. l. 37. de evict.* vel duplæ, quæ continet, ut re evictâ Venditor duplum pretii conventi, *l. 35. l. 48. d. tit.* præstet: *l. 12. d. tit.* & simplam quidem, subintellige quantitatem, in omnibus rebus promitti oportet; duplam vero tantum in æertis rebus: ut *l. Soli, fundo soil. & ædibus; l. 8. C. de evict.*

II. Ex mobilibus in mancipiis & jumentis: *l. 31. §. 20. de Ædil. Edict.* III. In æertis rebus ita demum, si sint pretiosiores, ut margarita, ornamenta pretiosa, vestis serica, *l. 37. §. 1. de evict.* si modò quis tales res sponte suâ, non ex officio distrahat. *l. 49. Famil. hercisc.* Cavendum autem secundum formam consuetam *l. 31. §. 20. de Ædil. Edict.* ejus regionis & loci, in quo negotium gestum *l. 6. de evict.* regulariter quidem nudâ repromissione: *l. 37. pr. d. tit.* nisi aliud specialiter actum; *d. pr. l. 37.* aut loci consuetudo peditulæ requirit. *d. l. 6.* vel denique in limine contractus imminens periculum evictionis id suadeat. *l. penult. §. fin. de peric. & comm. vid. Mud. ad d. tit. de A. E. e. quomod. de evict. cav. n. 8.*

e) Quando stipulatio committitur, quod accidit, si res evicta & ablata sit, per *l. 3. C. de evict.* & trad. th. præced. lit. e. *Don. d. tit. c. 3.* datur actio ex stipulatu, quæ vocatur certi condictio: quæ perfectitur in simplæ stipulatione simplum, h. e. quantum id erat, quod distractum. Et hoc casu differt ab Actione ex emto; quod in hac condemnetur Venditor, præstare id quod interest, Emtoris rem evictam non esse, in quo continetur tantum, quanti tunc res fuit, cum evincebatur. In certi conditione verò æstimetur res, quanti fuit, cum vendebatur. *l. 64. ver. 2. de evict.* *Donell. d. tit. c. 7. in fin.* Duplæ autem stipulatione interpositâ agitur ad duplum pretii conventi, non rei æstimationis aut bonitatis. *l. 53. de evict.* Quo casu, cum condictio hæc iterum certam ex omni parte quantitatem, quæ ex tempore contractus æstimatur, *l. 13. d. tit.* petat, eandem ab Actione ex emto, quæ id quod interest, quod plurimum variat, arg. *l. 70. d. tit.* persequitur longè distare apparet. *Mud. d. c. ad quid comm. stip. n. 14.* Quod autem dixi, pretium ipsum in hanc actionem venire & duplicari, non bonitatem, locum non habet, si pars evincitur; tunc enim distinctio *Ulp. in l. 1. & Papin. in l. 64. de evict.* adhibenda, quam pluribus expl. *Don. d. c. 7. & ad d. l. 64.*

f) Hic non solum re evictâ ad id, quod interest, ægere nequit, sed ne id quidem, quod eo nomine dedit, repetere potest: *l. 27. C. de evict. l. 7. in fin. eorum. utriusq. jud.* quin imò si pretium nondum solutum, ne exceptionem quidem habebit, quò minus illud adhuc solvat, arg. *l. 68. de evict.*

g) Hoc non solum aperte, sed etiam tacite quandoque factum intelligitur: illud, si expressè convenerit, ne evictio præstetur. Et quamvis hoc pactum, arg. *l. 23. de R. J.* omninò servandum; tamen sciendum, illud *l. I.* Venditori scienti, se rem alienam vendere, nihil prodesse: *l. II. §. fin. in fin. de A. E.* Ratio hujus in *l. I. §. 1. l. 6. §. fin. d. l. 43. §. fin. de contrah. emt.*

II. Etiam ignorantem eareus tantum proficere, ne utilitas debeatur, *d. l. II. §. fin. circ. med.* h. e. ne teneatur Emtori in id, quod interest, non autem ut pretium retinere possit. *Accurs. & alii in d. l. II. §. fin. Don. 13. c. 2. in fin. Mud. ad r. de A. E. c. de quo sit cavendum. n. 6. & seqq.* *Dils. Pac. tr. h. tit. 10. §. 260. & 262.* Tacite autem actum intelligitur, ne evictio præstetur: *l. I.* Si hæreditas vendita, & res singulæ evincantur *l. 1. & ib. Scharf. C. de hered. vel act.* *II.* Si jactus missilium emtus. *l. 8. de contrah. emt. Donell. d. c. 2. circa fin.*

III. Si res non ut sua, sed tanquam vestigialis vel superficiaria, aut pignori obligata vendita, & deinde domini jure evicta. *l. II. de A. E. Donell. d. c. 2.*

III. Tenetur Venditor præstare, ut rem rectè habere liceat, a) & neque usus ejus impediatur Morbis aut Vitiis, b) neque jus imminuatur Servitutibus aut Tributis, c) Morborum aut Vitiiorum d) nomine adversus eum, qui, sive scienter, sive ignoranter, rem morbosam aut vitiosam ignorantem e) vendidit, ex emto Actio est, f) 1. ad Redhibendum: g) 2. quanto minoris: h) 3. & nonnunquam quantum interest rem talem non fuisse. i)

a) *Donell. 13. c. 3.* b) De morbis & vitiis rerum venditarum, quæ ex ipsius venditionis qualitate & vi naturali enti judicio præstare Venditor tenetur, *l. 11. §. 13. de A. E.* cautum est *Ædilitio Edictò*, cujus proponendi causa fuit, ut occurrat fallaciis Vendentium, & Emtoribus, qui decepti, succurratur. *l. 1. §. 2. de Ædil. Edict.* Ei autem locus est in venditione tam earum rerum, quæ soli sunt, quàm mobilium & se moventium. *d. l. 1. pr.* Caterùm non solum Venditor vitia & morbos præstare, ac de iis prædicere debet, verùm etiam rem sanam esse, *l. 11. §. 3. de A. E. l. 14. C. eod.* aut non esse in his causis, scilicet edictò comprehensus, *l. 32. de Ædil. Edict.* promittere necesse habet, in tantum, ut, si Emtore id postulante non caveat, adversus eum intra duos menses ad redhibendum judicium, vel quanti Emtoris interest intra 6. menses, Prætores polliceantur. *l. 28. d. tit.* Cujus stipulationis utilitas in eo est, quòd eà interposità Vendens simpliciter teneatur Emtori ad id, quod interest, ad quod aliàs non nisi certis casibus obligatur. *Don. 13. c. 4. circ. fin.* c) Emtorem rem liberam præstare debere à servitutibus, tributis, annuâ pensatione, vectigali, &c. non uno loco exigitur. *l. 1. §. 1. l. 31. §. 1. l. 35. l. 41. de A. E. l. 59. de contrab. emt. l. pen. de evict.* Quemadmodum enim vacua rei possessio non intelligitur tradita, si in lite de possessione Emtor non queat esse superior: *l. 11. §. 13. de A. E.* ita nec res tradita intelligitur esse libera, si vel possessorio judicio ex *l. 1. de irin. act. priv.* servitutis nomine victus sit Venditor. *fac. d. l. 35. & ibid. Mud.* d) Licet quoad vim cujusque verbi propriam differentia quædam inter morbum & vitium notari possit, *l. 1. §. 7. pr. de Ædil. Edict. & l. 101. §. pen. de V. S.* tamen sciendum est, quoad hoc Edictum hæc duo nihil distare, & *Ædiles* tollendæ dubitationis causâ bis idem *ægrè tñ* *avtè* dixisse, ac significare voluisse omne impedimentum rei, quod ministerium usumve ejus impediatur, hoc Edictò comprehendendi; *vid. Don. tr. de Ædil. Edict. c. 2.* modò vitium illud sit corporis, non animi. *l. 4. §. 3. de Ædil. Edict.* Hæc enim præstare Venditor non debet, nisi ea abesse dixerit, aut sciens retinuerit. *d. l. 4. §. 4.* vel nominatim in Edictò comprehensa & excepta sint: *d. l. 4. §. 3. ibi: & idè nominatim.* quorum octo in *l. 1. pr. & vers. item si quod mancipium. l. 31. §. 21. l. 37. h. r.* recententur. *Don. 13. c. 3.* Illud hic adjiciendum: Quòd quædam in hominibus morbum faciunt, in jumentis non adeo; ut, Servus castratus est morbosus; *l. 7. de Ædil. Edict. l. 28. §. 28. ad L. Aquil.* Equus verò aut mulus castratus non æquè. *l. 38. §. 7. de Ædil. Edict.* Sic Servus erro aut fugitivus redhiberi potest; *l. 1. §. 1. d. s.* Jumentum verò, licet erret aut fugiat, erro aut fugitivus non est, neq; ob id agi potest. *l. pen. §. fin. d. s.* e) Quando res vitiosa vendita est, scientia & ignorantia Emtoris facit, ut aut absolvatur, aut con-

demne

demnetur Venditor, *arg. l. i. in fin. de A. E.* Quod in Venditore secus est; hic enim, si ve sciverit vitium, si ve ignoraverit, condemnandus: quia, quoad hoc, scilicet ut quis condemnetur, nihil interest, calliditate, an ignorantia ejus Emptor deceptus sit; *l. i. §. i. in fin. de Edil. Edict.* Quamvis scientia aut ignorantia differentiam in condemnatione faciat: *l. 13. pr. de A. E.* quia enim magis peccat, qui sciens, quam qui ignorans decipit, ideo hic mitius condemnatur, & saltem quanto minoris esset empturus præstat; ille verò, qui sciens vitium reticuit & sic Emptorem decipit, gravius; dum omnia detrimenta, quæ ex eâ emptione Emptor traxit, præstare cogitur. *d. l. 13. pr.* f) Donell. *d. lo. c. 3.* Multum enim generale est hoc judicium, & in generali significatione Actio emptoria, quæ à genere contractus nomen habet, ad omnia extenditur, quæ vel Civili, vel Prætorio jure Venditorem Emptori præstare æquum est, *arg. l. ii. §. 3. de A. E. Mud. ad d. tit. spec. rem tradi non vitiosam. n. 8. Dis. Accus. & alii in d. l. ii. §. 3.* g) Quæ in sui generis nomine, quod ex contractu, ex quo oritur obligatio, ei inditum est, non subsistit, sed speciale & certum nomen ab usu & sine accipit, ac interdum redhibitoria Actio, *l. 45. de Edil. Edict.* vel redhibitorium Judicium, *l. 18. d. t.* vel utroque simul juncto Actio emptoria redhibitoria dicitur. Unde etiam fit, quòd Actioni ex emptio generaliter ita dicitur, redhibitio hæc specialis non raro opponatur, ut in *l. ii. §. 5. de A. E. l. 4. pr. de Edil. Edict.* Est autè hæc Actio Edilitia, *Don. d. tr. c. 5. Dis. Accus. & Dd. ad d. l. ii. §. 3.* quæ omnia restituuntur in integrum, re reddita & pretio recepto, perinde ac si neque emptio, neque venditio intercessisset: *l. 23. §. 7. l. 60. de Edil. Edict.* *argum. l. 21. pr. d. t. & l. 13. §. 2. de acquir. poss. & competit intra sex menses utiles, l. 19. §. fin. l. 38. de Edil. Edict.* h. e. constantes iis diebus, quibus experiundi potestas fuit, *l. i. de divers. & temp. præscript.* Emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, *l. 19. §. 5. de Edil. Edict.* re vendita, quam accepit; neque operâ ejus, aut familiæ, aut procuratoris deteriore redditâ, cum omni, quod in venditione accessit, & post eam ex utraque re natum, acquisitumve, ad eum pervenit, *l. i. d. t.* prius restituta; *l. 25. §. fin. d. t.* adversus Venditorem, *conf. l. 44. §. 1. eod.* de re vitiosa distractâ, *conf. l. 34. & l. 38. §. fin. d. t.* ut pretium rei venditæ restituatur; & si quâ in re emptionis nomine Emptor Venditori vel alii obligatus, ex obligatione liberetur: *l. 25. §. fin. de Edil. Edict.* Quibus non præstitis, sequitur condemnatio, de quâ in *l. 45. d. t.* quam rectè explic. Donell. *d. c. 3.* h) Ne Emptor, cui non raro utilius esse potest rem potius retinere, quam redhibere, in pretio hoc casu decipiatur, Edictio Edicto ipsi prospectum est, Actione quanto minoris; quæ, cum in eâ de justâ rei æstimatione agatur, æstimatoria, *l. 43. §. 6. d. t.* & æstimatorium Judicium vocatur. *l. 18. eod.* Datur autem Emptori; qui eligere potest, utrum Redhibitoria, an verò Quanto minoris agere velit: sub distinctione enim proditæ sunt hæc actiones, & hæc illam in se continet; si vitium tale sit, propter quod omnino non empturus fuisset, *l. 25. §. 1. de A. E.* vel non expediat habere. *l. 43. §. 6. de Edil. Edict.* Nam quod nihili est, utique & minoris est. *l. 32. & l. 150. de V. S.* Itaque cum Quanto minoris sæpius agi possit, *l. 31. §. 6. de Edil. Edict.* nihil prohibet, quin is, qui Quanto minoris egit, comperto eo vitio, propter quod omnino non empturus, possit postea ad redhibendum utiliter agere; *Don. d. tr. c. 6.* de certis causis in Edicto Edictio expressis, intra annum utilem, *l. 19. §. fin. l. 38. d. tit.* in hoc, ut quanto pluris Emptor rei venditæ qualitatem ignorans, rem emit, id Venditor etiam ignorans reddere damnetur. *l. 13. §. 4. de A. E.* Quòd verò Dd. Actionem quanto minoris aliam Civilem, aliam Prætoriam esse ve-

Est, vid. Wesenb. in parat. de Edil. Edict. n. 9. 10. juri nostro vix consonum cum
Mud. ad l. de A. E. tit. spec. rem tradi non vitiosam. ad d. l. 13. pr. d. ii. n. 4. & seqq. &
Don. in d. tr. c. 6. arbitror. i) Præcedentes duæ actiones, cum pretium &
æstimationem rei non egrediantur, varie autem accidere possit, ut multo
pluris interit Emtoris rem venditam morbosam aut vitiosam non fuisse, ve-
luti, si vitio tigni venditi ædes corruerint, vel contagione unius pecoris, alia
perierint; l. 13. pr. de A. E. ideo & hæc in parte Emtori Actione, in id quod in-
terest, prospectum; arg. l. 1. §. 1. ibi: hoc amplius. vid. Donell. in d. tr. c. 1. Sed hæc
non semper competit ut priores duæ; sed tantum duobus casibus: quo-
rum I. est; Si ex dolo Venditoris; qui vitium aut morbum sciens reticuit,
atque ita Emtorem deceptus, agatur. l. 13. pr. de A. E. Ratio in l. 6. §. fin. d. t. & l. 43.
§. fin. de contrah. emt. II. Si ex causâ imperitiæ artificis; ut in l. 6. §. 4. de A. E.
l. 19. §. 1. Locat. In quibus duobus casibus ejus quod interest æstimatione mode-
ramini l. un. C. de sentent. qua pro eo quod interest. non subiacet, sed duplum
pretii conventi excedere potest. Donell. d. c. 3. Rationem hujus pluribus ex-
plicat Joh. Math. Magn. lib. 2. rat. & differ. jur. Civil. c. 10.

XXXI.

Servitutum & Tributorum diversa à morbis & vitiis cau-
 sa est: a) non solum enim ignorans Venditor omnino non
 tenetur, b) sed etiam sciens rem venditam servitutem de-
 bere, c) aut tributo onerata esse, d) tantum Actione ex
 emto quanto minoris; non verò ad rem redhibendam con-
 veniri potest. e)

a) In illis enim scientia vel ignorantia Emtoris differentiam solum
 facit in condemnatione; *thes. præced. lit. e.* hoc loco differentiam facit absolu-
 tionis à condemnatione, *ut in seqq. dicam.* Ratio differentiæ colligi potest *ex l.*
13. §. 1. de A. E. junctâ l. 1. §. 8. de Edil. Edict. Donell. 13. c. 3. Illud autem morbis
 vitiosive cum servitutibus commune est, quòd non nisi ignoranti Emtori
 actio harum nomine competit: *l. 1. §. 1. in fin. de A. E.* quia enim hic nec ob
 evictionem rei venditæ agere potest, *l. 27. C. de evict.* multò minus de servitute,
 quam non ignoravit, ipsi actio dabitur. b) *per l. 59. de contrah. emt.*
Fulgos. ib. & Donell. d. c. 3. Sic ignorantem, qui nihil de servitute aut tributo
 affirmavit, utpote quòd res erat hæreditaria, non teneri, dicitur *in l. 1. §. 1.*
de A. E. neque quoad externa damna, quæ fortassis ignorantio servitutis aut
 tributi ad Emtoris traxit dispendium, neque ad redhibendum, sed nec quan-
 to minoris dedisset Emtor, si ab initio scivisset, *arg. d. l. 59. Donell. d. c. 3. conf.*
Pac. §. quest. 10. Diss. Alciat. ad l. qui uti opt. max. de V. S. in fin. & Mud. ad l. 1. §. 1.
de A. E. n. 4. qui ignorantem quoque Venditorem hoc in casu teneri volunt,
 nisi b. f. sibi prospexerit, protestando; Nullam quidem servitutem deberi, ver-
 ùm si inopinata emergat, se nolle teneri, *arg. l. 1. §. 1. de A. E. & d. l. 59.* aliter in-
 terpretantur: ad quorum rationes facile responderi potest ex iis, quæ tradit
Don. d. c. 3. c) Venditorem si sciens prudensque servitutem celaverit, h. e.
 five Emtorem non admonuerit, vel, quod deterius est, servitutem debere ne-
 gaverit, *l. 1. §. 1. de A. E.* five servitutes tegere voluerit, dicendo, Nullas quidem
 deberi, sed si quæ emergant, se nolle teneri: *d. l. 1. §. 1.* five generalibus verbis a-
 liquas deberi indicaverit, sed ne graviore deterreat Emtorè, eas nominatim

non designavit, *quale exempl. in l. 69. §. penult. in fin. de evict.* sive denique callidior adhuc consilio servitutum aliquam, leviorē fortē, in Emtorem rejecerit, nonnatiūm exceperit, & reliquas, quæ ipsum non latebant, in Emtorem rejecerit: *l. 14. §. 9. de Edil. Edict. l. 13. §. 6. de A. E.* his, inquam, & similibus casibus omnibus Venditorem omnino teneri, nullum ferē dubium est. Ita tamen, ut sciens Venditor, qui nihil de servitute dixit, non teneatur, si tam evidenter appareat servitus, ut ignorari non possit: veluti, si viderit Emtor tigna vicini immisā in parietem domus, quam emebat; aut si viderit aquæ ductum, quo excipiebatur vicini aqua: *Alber. de Ros. ad d. l. 1. §. 1. de A. E.* quia generalis pronuntio se non extendit ad ea, quæ tempore contractūs evidenter apparent: *l. 43. de contrah. emt.* & quod ipso facto demonstratur, non debet verbis pronuntiaci, *arg. l. 48. §. 3. de Edil. Edict. & l. 43. pr. de contrah. emt.* d) Si Venditor, sciens tributo vel annuā pensatione *l. 41. de A. E.* oneratum esse prædium, nihil dicat de eo, h. e. omnino taceat, & non solum non dicat, quantum debeatur, sed nec an debeatur, tenetur ex emto, *l. 21. §. 1. d. t.* scilicet quanti minoris: quod si autem minorem quantitatem tributi dixit Venditor, tunc, sive ignorans, sive scienter hoc fecerit, tenetur Emtori, quanti minoris emisit: *l. 9. C. de A. E.* nec enim debuit facillē asseverare quod ignorabat. *Don. & Mud. dd. ll.* e) Actione ex emto eum conveniri posse traditur *in l. 1. §. 1. l. 21. §. 1. l. 39. de A. E.* Ad quid autem ea competat, explicatur *in l. 61. de Edil. Edict.* ubi dicitur, Victum tantum præstare debere, quanti minoris emisit Emtor, si scisset hanc servitutem impositam, ut ita hoc modo ratio improvisi oneris habeatur, *ut dicitur in l. 41. de A. E.* cum etiam catenus præmonitum non fuisse, Emtoris interfit. *Donell. d. c. 3.*

XXXII.

IV. & ultimò Venditor præstare necesse habet, quicquid de re dixit. a) Quod si id in re non est, Emtor actione ex emto ad Redhibendum, vel Quanto minoris agere potest. b)

a) sive quantitatem id respiciat, *l. 2. pr. l. 4. §. 1. l. 6. pr. de A. E.* sive qualitatem: *l. 1. §. 1. vers. si ad versus quam. l. 17. §. fin. l. 18. pr. de Edil. Edict.* ut, si servum constantem, laboriosum, vel contra; non aleatorem, non furem dixerit. *d. l. 18. §. 1. & 2. l. 19. §. 1. l. 38. d. tit. l. 31. §. 1. l. 52. l. 13. §. 4. de A. E. l. 37. de dol. mal. l. 30. de evict. l. 34. de contrah. emt.* Hoc enim omne, quod de re dixit, Venditor præstare debet, tam qui sciens Emtorem decepit, quam qui ignorans, id quod non erat, temerē affirmavit: *l. 13. §. 4. de A. E.* Quia enim temerariā suā assertionem Emtorem læsit. *Don. d. 13. c. 3.* idē nihil interest, ignorantia ejus, ancillitate Emtor decipiatur, *l. 1. §. 3. de Edil. Edict. vid. omnino Mud. ad d. l. 13. §. 4. de A. E.* Interim tamen non nimis amare, sed cum quodam temperamento id, quod de re dixit, à Venditore exigere debemus: *l. 18. pr. de Edil. Edict.* cum quædam dicta excipiuntur, quæ eum præstare non oportet: ut est, I. Si quid generaliter de re dixit, quod ad nudam ejus laudem pertinet, veluti, servum esse frugi, bonum: *l. 19. d. tit.* talia enim, quia commendandi potius causā dixisse præsumitur, quod rem citius, non pluris venderet, *l. 43. pr. de contrah. emt.* ab eo ex bono & æquo non desiderantur. *d. l. 18.* II. Sed & si quid specialiter dixit: nec hoc tamen semper eum præstare oportet, ut potest si quod dixit, ita fuit in promptu, ut cerni ab Emtore, id ita non esse, poterit, v. g. Si servum speciosum, si domum benè ædificatam dixerit.

§. 143. Non enim deceptum se esse conqueri Emtor poterit, qui quo in factis res est, videt. Quæ aliâ causa, cur dicta promissæ præstari debeant, l. 1. §. 1. de Edil. Edict. Donell. d. c. 3. quin ad culpam potius Emtori imputandum, quod ea, quæ palam apparent, non perpenderit, aliûmve, qui facile pendere posset, secum adduxerit. Quod si verò dolum admiserit Venditor, quia is culpæ præponderat, *argum. l. 9. in fin. ad L. Aquil. utique tenebitur, sive generaliter quid dixerit, sive id, quod dixit, palam fuerit. Mud. ad tit. de contrab. emt. pars 5. de pact. inter Emt. & Vend. n. 6.* III. Si id, quod specialiter dixit, aliunde suppleatur; ut placuit duobus casibus Venditorem, qui plus de modo agri dixit, quam in eo erat, id non præstare, si modò aliunde, ut dictum, suppleatur, quorum prior est in l. 13. §. 4. de A. E. alter in l. 42. d. tit. Don. d. c. 3. in fin. Quid autem in modum vel mensuram agri venditi veniat, docet J. C. in l. 7. §. 1. de peric. & commod. rei vend. vide Mud. ad d. tit. de A. E. c. ut res trad. ad eum mod. quo vend. est. ubi d. l. 13. §. 14. & d. l. 42. f. s. s. explicat. b) ut disertè scriptum in l. 18. de Edil. Edict. Sed, num etiam ad id, quod interest, conveniri poterit talis Venditor, quæri potest? Aff. Donell. 13. comm. d. c. 3. *argum. l. 13. §. 3. de A. E.* Negat econtrà *Mudæus ad d. l. 13. §. 3.* & *putem non teneri.* rectius explicare nullus dubito. Et hætenus de Actione Emti.

XX XIII.

EX VENDITO Actio competit Venditori, ad consequenda ea, quæ ei ab Emtore præstari oportet: a) qualia imprimis sunt; I. Ut nummos ejus faciat: b) II. Ut usuras pretii post diem traditionis aut moræ præstet: c) III. Ut sumtus in rem distractam factos restituat. d)

a) His enim verbis ex vendito actionem Ulp. in l. 13. §. 19. de A. E. describit, & duo principaliora præstationum capita subjicit. b) per text. express. in l. 11. §. 2. in fin. de A. E. Rationem diversitatis, cur scilicet tam dispariter constitutam in Emtore & Venditore, ita ut ille pretii dominium in Venditore transferre cogatur, hic verò tradendo rem venditam liberetur? quia non usquequaque de eâ inter Dd. convenit, paucis attingam. Vulgò Dd. *Acquir. Br. & alii in d. l. 11. §. 2. Fas. in §. Actionum. 28. l. de Act. n. 134. Mezz. de Emt. sol. 3. de substant. emt. n. 9. Cora. ad l. ult. (ipsi penult.) de servit. n. 4. & Vnqu. 3. illustr. contrav. 50. n. 3. quos sequi videtur Gothofred. in not. ad d. l. 11. §. 2. hanc assignant, Quod Venditor speciei, Emtor generis debitor sit; & idcirco illum, quia gravior oneratur, quam si generis debitor esset, et quod ipsam rem in specie tradere cogatur, merito vicissim relevari in eo, quod tradere, non dare teneatur. Quam non immeritò reprobant *Ant. Fab. c. conject. 8. & Henric. Heidecc. ad l. naturalis. §. de P. V. ax. 18.* Aliam itaque *Ant. Fab. d. c. 9.* substituit. Sed & hæc *Heidecc. d. lo. displicet.* Aliter videm *Don. 13. c. 5.* rem explicat, Mihi verior videtur ratio illa, quam reddunt alii; Quod videlicet pretii, nisi dominium ejus transferatur, nullus futurus usus, *arg. l. constituitur. l. de us. & habit. l. 1. §. de us. fr. eav. rev.* cum tamen rei seu mercis usus aliquis sit, etiam si accipientis non fiat. *Wes. in parat. de A. E. n. 7. & Dn. Arum. disp. 7. 14. rh. 4.* c) l. 5. l. 13. §. 20. l. 47. in fin. l. 49. §. 1. de A. E. l. 6. l. 13. c. eod. quas Emtor, cum re fruatur, æquitatis ratione præstare cogitur. l. 2. C. de usur. Elegans hic in praxi sub-*

oritur quæstio; Num Emtor sit compellendus pretii usuras sol-
 vere, quando ex re venditâ nullos percepit fructus? ut, si ste-
 rem agrum, vel sylvam cæduam, quæ aliquot proximus annis nondum cæ-
 datur, emerit & ex traditione acceperit. In quâ affirmative, cum *Blm l. 2. C. de usur. Paul. Castr. ad l. 5. C. de A. E. Mud. d. loc. sub tit. spec. de act. ex vend. ad l. 13. §. 20. de A. E. Pac. tract. hic. t. 10. §. 293.* contra *Rol. à Vall. 2. consil. 13. n. 3. Covar-
 ruu. 3. resol. 4. n. 2. Fachin. 2. controvers. 31.* concludo; tum, quia Venditor fidem
 contractûs implevit, Emtor verò non ex fide pretium solvere recusat; tum,
 quia usus rei loco fructuum est; tum denique, quia jura simpliciter volunt,
 post diem traditionis, vel moræ Emtoris, usuras deberi. d) *l. 13. §. 22. l. 38. §. 1. de A. E.* Sed requiritur hoc loco: I. Ut b. factæ fuerint impensæ,
 quâ factæ censentur tantum necessariae & utiles, quales sunt sumtus, in resti-
 tutionem ædificiorum distractorum, in culturam agri, in fructuum perce-
 ptionem, in servi aut animalis ægri curationem, impensi. Aliàs si quid mi-
 nus utiliter impenderit, non aliter hoc repetere potest, quàm si Emtorem
 hoc impendi velle appareat. *d. l. 13. §. 22.* Rationem hujus *vid. apud Donell. d. r. 4. l. 1.*
 II. Ut post contractam venditionem: quia quicquid hâc est incommodi,
 illud omne Emtoris est. *§. 3. l. h. 1. l. 1. C. de peric. & commod.* III. Ut ante tra-
 ditionem: *d. l. 13. §. 22.* quia enim post rei traditionem nullâ obligatione ven-
 ditionis cogente sumtus facit Venditor, utpotè qui rei traditione omni obli-
 gatione rei custodiendæ liberatus, *Donell. 13. c. 5.* idcirco nec Actionem ven-
 diti habebit, sed Negotiorum gestorum, quæ proposita omnibus, qui aliene
 nomine rem gesserunt, in eamque sumtus fecerunt. *l. 6. §. 3. de N. G. l. 7. §. fin. solut. matrimon. vid. Donell. 20. c. 7. A. Fab. dec. 26. err. 9. & 10. Dn. Scip. Gentil. 1. de donat. inter vir. & uxor. cap. 40. Gasp. Schifordogh. lib. 2. tract. 12. per tot. & nov. §. Dn. Ungepaux Exerc. Jusfin. q. 8.*

XXXIV.

Similiter in hanc actionem venit, ut Res, quæ jure emtio-
 nis ad Emtorem non pertinent, occasione tamen rei emtæ
 perceptæ sunt, restituantur: a) ut & quod plus debito præ-
 stitum est, hâc actione repeti potest: b) denique etiam, ut res
 emtas tollat Emtor, aut id quod interest præstet, hâc actione
 consequitur Venditor. c)

a) quâ in causâ est peculium servi venditi: hoc enim, nisi nominatim
 convenerit, ut accedat, servum distractum non sequitur; ut nec illud, quod
 postea peculio accessit: *l. 29. cum 2. seqq. de contrah. emt.* item fructus, quos
 ante venditionem contractam perceptos, cum jussi non essent venditioni
 accedere, Emtor per occasionem rei venditæ invasit. *l. 2. in fin. C. de A. E.* Sic
 etiam ruta & cæsa, quæ non aliter veniunt, quàm si specialiter in lege ven-
 ditionis id dictum, hâc actione repeti possunt, *arg. d. l. 2. in fin.* quamvis & il-
 lorum nomine ad exhibendum agi possit. *l. 17. §. 6. de A. E. l. 5. §. 2. ad exhib.*
 Hæc enim omnia & similia, quia per occasionem emtionis occupantur,
 quasi etiam ad Emtorem pertineant, actione ex vendito repositi posse pla-
 cuit. *d. l. 2. in fin. Donell. d. c. 5.* b) Sic Venditori, qui, cum duas habebat
 ædes, unam, cui servitus imposita, vendidit, certâ quidem specie servitutis in
 venditione expressâ, *l. 7. pr. Commun. præd. & exceptâ,* in traditione autem non

imposita, nec ejus mentione facta, competit actio hæc, ut servitus imponatur. *l. 35. de S.U.P. l. 8. in verb. etiam. de A.E. l. 6. §. fin. Commun. præd. vid. Mud. ad t. de A.E. cap. rem vend. lib. irad. deb. ad d. l. 8.* c) Ita in vino vendito receptum, ut, nisi id vel tempore convento, vel antequàm ad vindemiam necessaria doli, avehatur, *l. 3. §. fin. de peric. et commod. denunciacione Emtori facta*, ut vinum tollas, aut setat futurum, ut effunderetur, *l. 1. §. 3. d. tit.* Venditor illud effundere, aut si id non fecerit, propter quod laudandus, & Emtor vinum tollere superfederit, id quod interest, vasa habuisse inania, consequi possit. *d. l. 1. §. 3.* Sic etiam cum eo, qui lapides ex agro emit, si eos tollere nohret, ex vendito agi potest, ut eos tollat. *l. 9. de A.E.* Quod admiratione dignum putatur à *Bl. ad d. l. 9.* & rarum, quòd scilicet agatur vendito credito rem, ut solutionem accipiat.

XXXV.

Illud de Actione emti & venditi, antequàm ad alia trans-
eamus, monendum; Ultramque non solum dari ad petendum
id, quod naturaliter inest hujus judicii potestate, sed etiam
quod contrahentium pactio in continenti adjecta vendi-
tioni accessit: a) neutram tamen prius competere, quàm is,
qui agere vult, contractum impleverit. b)

a) De omnibus enim pactis contractui Emtionis. Venditionis in
continenti adjectis, competit Actio emti & venditi, siue jam in id, quod inter-
est, agatur. *l. 13. §. 23. de A.E. l. 40. pr. l. 79. de contrah. emt.* siue ut venditio rescin-
datur, veluti si pactum de retrovendendo appositum: *l. 21. §. 5. de A.E. l. 4. de L. Commis.* ita tamen, ut cum hæc actione, nisi aliud obset, actio P.V.
concurrat, *argum. l. 50. de A.E. l. 6. de rescind. vendit. l. 12. de P.V. l. 2. C. de pact. in-
ter emt.* Et ita volunt *Bart. Castr. Dec. et alii. Duar. ad l. 7. §. quin. imò. de pact. Fachin. 2. controvers. 98.* b)

Ab Emtore itaque, qui prior contractum im-
plere debet, *Cujac. 23. obs. 15.* (cum quamdiu pecunia non soluta, res pignoris
jure à Venditore retineri possit, *l. 13. §. 8. de A.E. l. 22. de hered. vend. l. 31. §. 8. de
Edil. Edict. l. 14. §. 1. de furt.*) ut cum effectu hoc judicio experiri possit, pre-
tium integrum offerri debet. *d. l. 13. §. 8.* Nec verbalis oblatio hic sufficit, nisi
Venditor pretium recipere in judicio recuset. *Paul. de Castr. ad d. §. 8. n. 9.* Nam
si extra judicium recusatio fiat, consignatio & depositio requiritur, *arg. l. 9. C.
de solut. et l. 19. C. de usur.* Illud autem sciendum, pecuniam solutam intelligi,
non solum cum naturaliter soluta est, *l. 49. de solut.* sed etiam si Venditori co-
nomine Expromissore vel pignore dato, *§. 42. l. de R.D.* vel aliàs satisfactum:
l. 5. §. 18. de Tribut. act. hoc enim perinde est ac si pretium solutum. *l. 53. de con-
trah. emt.* Idem est, si Venditor Emtori fidem de pretio habuit, *l. 19. d. t.* & ejus
fidem secutus, *d. §. 42.* sine ullà satisfactioe. *d. l. 19.* In dubium hic vocatur;

Quando Venditor fidem Emtoris secutus videatur? Quod quia
niquam satis explicatè traditur, non una omnium hæc de re est sententia.
Tiraq. in tr. de retract. conventionel. in fin. n. 77. cum aliis existimat, est solà tra-
ditione hoc præsumi. Quamvis contrà sententiarum opinio, quòd videl. apertè
conjecturà opus sit, veluti, cum nominatim præstitit diem solvendi pretii,
Balduin. ad d. §. 42. l. de R.D. verior videatur, *Gail. 2. obs. 15. Donell. ad l. curabit. C.
de A.E. Trent. l. 1. disp. 28. th. 6. lit. A. in not. per l. 71. de R.V. junct. d. l. 19. de contr. emt.*

cum

cum temere non credendum sit, Venditorem fidem habuisse de pretio: quia quilibet res suas vendere intelligitur, ut statim & communi pretium recipiat & plurimi sint, qui Græcâ fide mereantur, h. e. representatâ pecuniâ, quorum manus oculatâ sunt, nec credunt, nisi quod tenent. Sic Venditor quoque utiliter experiri nequit, nisi & ipse à suâ parte contractum adimpleverit, ac rem Emptori tradiderit: nam alioquin huic pretium petenti obstabit Exceptio mercis venditæ, nondum traditæ, l. 25. de A. E. quemadmodum Emptori præcedenti casu Exceptio pretii non soluti: d. l. 13. §. 8. d. t. de quarum Exceptio- sum vi & potestate in usu forensi. Item, an earum, si objectæ non fuerint, aliqua ratio haberi debeat? vid. qua post alios scitu dignissima & in praxi utilis- sima tradit Mud. ad d. l. 13. §. 8. & Zas. ad §. Actionum. n. 54. l. de A. E.

XXXVI.

Adjuncta hujus contractûs sunt Pacta, quæ varia huic contractui apponi solent. a) E' quibus frequentissima & hu- jus contractus propria, b) I. Additio in diem: c) cum vi- delicet Res eâ lege d) penes Emptorem collocatur, nisi intra certum diem, e) de quo convenit, alius f) meliorem condi- tionem g) attulerit. b)

a) de quibus vid. qua latè tract. Mud. ad t. de contrah. emt. part. 5. de pact. int. emt. & vend. & Pac. tr. hic. t. 13. §. 349. & aliquor seqq. b) Donell. 16. c. 16. in fin. Treutl. 1. disp. 28. th. 9. Wes. in parat. de in diem addit. Vultej. 1. F. R. 44. c) De notatione nominis vid. Wesemb. d. lo. Connar. 7. c. 9. Cujac. tract. 3. ad Afric. ad l. 18. de in diem addit. & Gothofred. in not. ad l. 1. cod. d) Quibus verbis ad- ditio fiat, multum refert; ex iis enim cognoscitur, an pura sit venditio, an conditionalis. Si enim hoc actum est, inquit Ulpian. in l. 2. de in diem addit. ut meliore conditione allatâ discedatur, pura est emptio, quæ sub conditione resolvitur: l. 2. §. 4. pro emt. fin autem, ut perficiatur emptio, nisi melior conditio allata, conditionalis erit. Quod propter diversum utriusque venditionis effectum non negligendum. Si enim pura est, Emptor fructum lucratur, d. l. 2. §. 1. de in diem addit. (licet eos meliore conditione oblatâ re- stituere cogatur: l. 6. l. 16. d. t.) & dominium ejus acquirat, vel interim usufrucipit, si fortè res aliena sit; imò Dominus est medio tempore, l. 4. §. 3. d. t. si à Domi- no rem accepit, unde etiam in rem agere potest. l. 41. de R. V. Quæ omnia in conditionalis contrâ. l. 4. de in diem add. Nulla est enim obligatio, nulla vendi- tio ante conditionis eventum, §. 4. in fin. l. de V. O. sed spes tantum obligatio- nis futuræ. Duar. add. t. e) Nec enim satis est meliorem conditionem afferri, nisi intra diem constitutum fiat. Donell. 16. c. 18. Unde venditore mor- tuo, eique intra diem præstitutum hærede non existente, prior venditio confirmatur. l. 15. de in diem addit. per rationem, qua ibi subjicitur. f) Em- ptor verus: nam vero Emptore non existente, non potest videri melior condi- tio allata. Quocirca si falsus Emptor subiectus, priori rem emptam esse, eleg. Sabinus scribit, l. 4. §. 5. d. t. Quin etiam Venditorem Emptori hoc nomine ob- ligatum esse ad interesse cum fructibus præstandum, traditur in l. 14. pr. eod. Ut & Emptor, si alium minus idoneum subiecit, cui res vendita deinde addita. Venditori quanti interest, id factum non esse, tenetur. d. l. 14. §. 1. Cæterum nihil refert, an hic alius plane extraneus sit, an unus ex contrahentibus. sive Vendit-

ribus, *l. 13. §. 1. d. tit.* sive Emptoribus & sociis, quibus una res addita, *l. 18. cod. g)* Pro meliori autem conditione haberi oportet, quicquid ad utilitatem Venditoris pertinet, *l. 5. d. tit. vid. omnino Donell. 16. c. 16. in fin.* h) Meliore conditione allata adhuc necesse habet Venditor, priorem Emptorem, cui allata meliori conditione, nisi nonnupatim hoc actum sit, resistere non licet, *l. 9. d. tit. certionem facere; l. 8. cod. nec antea posteriori addicere, quam si priorem nihil adpicere velle constat, l. 7. d. tit.* Et siquidem prior tantumdem adiecit, quantum alius obrulit, res penes eundem remanet: *l. 6. §. 1. d. tit. si minus, posteriori res addicitur, l. 2. l. 4. §. 5. l. 1. d. tit. Duaven. d. lo.* simpliciter scilicet, non iterum in diem; quia non potest videri melior emendatio allata, cum alia licitatione sibi prospicere velit Emptor, *l. 1. pr. cod.* nisi aliud actum, *d. l. 11. verj. Julianus.*

XXXVII.

II. Lex a) Commissoria: b) veluti, cum inter Emptorem & Venditorem convenit, ut nisi c) ad diem certum pretium solvatur, d) res sit inempta. e)

a) Sic enim est usus juris, ut in contractu Lex dicatur ea conventio, quae generalitatem contractus cohibet, & temperat, *Donell. ad l. Legem. C. de pact. Duar. ad tit. de L. Commiss.* b) ita dicta, quod committatur haec Lex, conditione hujus conditionis existente: hoc enim casu conventio rem & emtionem Venditori committit, i. e. ejus arbitrio & potestati subjicit, utrum L. Commiss. exercere, an vero emtionem valere velit; ejus siquidem causa totum hoc cavetur, *l. 2. c. 3. de L. Commiss.* ita ut *argum. l. penult. de pact. jun. pro se* introducto renunciare possit, *vid. Duar. d. lo. & Donell. 16. c. 19. c. ad l. 4. §. 1. de V. O. n. 6.* c) Nec tamen propterea venditio conditionalis est, sed pura, i. e. non sub conditione, si pretium solvatur, contracta intelligitur, sed sub conditione, si pretium solutum non fuerit, resolvitur, *l. 1. de L. Commiss.* Duo enim hic contractus continet; primo venditionem ipsam, & deinde dissolutionem contractus. Condicio autem, ut ad contractum abeat, nisi intra certum tempus certum pretium fuerit solutum, non venditionis, sed dissolutioni adjicitur, *Duaven. d. lo.* Quocirca venditionis hujus effectus idem est, qui cujusvis purae, ut videlicet Emptor interim Dominus sit, & fructus lucretur, *l. 5. d. tit.* Conditionis vero existentis effectus est, ut committatur Lex, & res ad Venditorem redeat. d) Quamvis autem alias pecunia soluta intelligatur, cum naturaliter numerata est, *l. 4. de solut. hoc tamen loco pro solutione habetur, si modò sit oblata, l. 4. §. fin. l. fin. de L. Commiss.* Etsi enim praecedente obligatione non liberat debitorem obligatio, tamen facit, ne in poenam futuri temporis incidat, quam solutione pecuniae evitare poterat, *l. 9. C. de usur. l. 13. pr. de recept. arb. Donell. 16. c. 13. in fin.* e) i. e. perinde sit, atque si omnino nunquam emta. Et illam formulam hujus pactiois magis usitatam fuisse, *ex l. 2. c. passim de L. Commiss.* apparet, Quamvis etiam aliter concipi possit; veluti, ut dominium ad me pertineat, *argum. l. 1. C. de pact. int. emi. c. vend.* vel ut res ad me revertatur, *l. 3. C. dt. Duar. d. lo.* Verba enim, quae *in d. l. 2. à JC. Legi Commiss. adseribuntur*, de forma non sunt, sed sufficienter, & equipollentia; qualia omnia, quae contractus resolutionem ipso jure & directo important, *Covarruv. 3. resol. 8. n. 1.* Significatur autem illis verbis effectus conditionis existentis; ut videlicet ea existente,

hente, h.e. pretio non soluto, res ad Venditorem redeat. Quæ etiam hæc
habet adjunctam pœnam, ut, si quid Emtor arrhæ vel alio nomine dederit,
veluti si forte ad conficienda instrumenta quid impenderit, id omne apud
Venditorem remaneat, l.6. de L. Commiss. aliter atque in re inemtâ, factâ
ex additione in diem. l.16. de in diem addit. Rationem diverſitatis notat
Donell. 16. c. 19.

XXXIX.

III. Pactum de Retrovendendo: a) quo res eâ lege ven-
ditur, ut quocunque b) vel certo & præſcripto tempore, c)
pretio oblato Res revendatur. d)

a) De origine hujus pacti vid. que tradit Zoann. ad l. 2. C. de pact. int. emt.
& vend. n. 3. Illud certum est, hoc pactum tam jure Civili, per d. l. 2. quam jure
Can. probari. c. ad nostram. extr. de emt. vend. b) Hoc loco non minus per-
plexa, quam usitata inter Dd. est controversia: An Pactum hoc modo
conceptum, ut Quodocunque redimere liceat, præſcriptio-
nem longissimi temporis admittat? Negativam, tanquam juri Ci-
vili magis consonam per ea que tractat Fab. de Mont. q. 7. n. 4. & Zoann. d. l. n. 10.
& plurib. seqq. & præjudicis Cameralibus confirmatam, Gail. 2. obs. 2. n. 4. & su-
ſius obs. 18. Myns. I. obs. 16. & 6. obs. 70. n. 21. nec non ab Electore Saxon. in Constit.
Electoralib. p. 2. const. 1. approbatam, tuebor. Dis. plurimi. c) Utrum au-
tem præſcripto illo redimendi tempore elapſo, Venditor ob-
lato pretio amplius redimere nequeat, non minus contro-
verſæ quæſtionis est? Sed in hæc Affirmantium ſententiam, tanquam
communiori Interpp. calculo receptam, defendam, cum Menoch. 2. A. F. Q. cas.
217. n. 1. & seqq. ubi alios pro hac ſententia allegat. d) Quid si res. sub prædictâ
pactione emta perit, num interitu hujus liberabitur Venditor?
Certè si res sine dolo & culpâ Emtoris perit, eum liberari exiſtimo; ſi mi-
nus, pretium ſupplere teneri, arg. l. 36. §. ſin. de legat. 1. l. 23. de V. O. Jaf. in l. quod
re mibi, §. n. 12. ff. de R. C.

XXXIX.

Affinis & cognata huic Contractui inprimis a) Locatio-
Conductio, b) & Permutatio. c)

a) De mancipatione, vid. Rittershuſ. ad l. 23. de R. F. De æſtimatione
rerum in dorem datarum, Dn. Scip. Gentil. in diſp. de æſtim. rer. in dor. De Cam-
biis, vid. Mud. ad l. 1. §. ſin. de contrah. emt. n. 7. & seqq. b) & quidem adeo,
ut in quibusdam quæri ſoleat, Emtio-Venditio fit an Permutatio; quippe cum
iisdem juris regulis conſiſtant. l. 2. Loc. & §. 1. l. eod. Differunt autem: 1. Quia
emtio pretium; hæc merces in quâlibet re fungibili conſiſtere poteſt. 2. In illâ
pretium in pecuniâ numeratâ; in hæc merces in quâlibet re fungibili conſiſtere poteſt. 3. In
illâ agitur de re ipſâ in acipientem transferendâ; in hæc tantum de uſu
rei. 4. Unde Res vendita fit Emtoris, ſecundum l. 11. §. 2. de A. E. Res locata
non ſemper accipientis. l. 65. de contrah. emt. l. 39. Locat. 5. Illâ perfectâ pericu-
lum Emtorem concernit; in hæc Locatorem. 6. Ex illâ datur Actio emti
& venditi; hujus nomine Actio locati-conducti.

c) à quâ differ-
fff 3.

Emtio: I. Quod illa contractus incertus sive innominatus; hæc nominatus. II. Hæc solo consensu perficitur; illa traditione rerum ultrò citròque factâ. *l. 2. de rerum permut.* III. In Permutatione versatur utrinque res; in Emptione merx & pretium distinguuntur. *l. 1. d. tit.* IV. Res aliena vendi potest; non permutari. V. In Permutatione cogitur quis rem dare; in hæc solum tradere. VI. Denique differunt actionibus.

X L.

Restat ut de Contrariis dispiciamus: quæ vel Emptionem contrahendam impediunt; vel contractam rescindunt. Illius generis sunt; Vis, Metus, a) Dolus, b) Error: c) hujus, Mutuus dissensus, d) & Læsiō ultra dimidium. e)

a) *l. 1. l. 8. C. de rescind. vendit. l. penult. C. de his, qua vi met. caus.* b) *l. 5. l. 11. C. de rescind. vend.* Qui siquidem causam dedit, eam ipso jure nullam reddit; si verò in eam inciderit, per Actionem ex eodem contractu descendentem purgatur, *vid. Gædd. de contrah. stipul. c. 3. n. 111. Et multis seqq.* c) de quo *suprà sb. 9.* d) Re scilicet adhuc integrâ, vel in integrum restitutâ. *l. 58. de pact. l. 80. de solut. argum. l. 35. de R. J.* Altero autem invito à venditione perfectâ non receditur, *l. 3. C. de rescind. vend.* ne rescripto quidem Principis eo nomine impetrato, *d. l. 3.* etiam si filius sit, qui vendidit, *d. l. 3.* aut miles, *l. 7. C. d. t.* vel duplum pretii offeratur. *l. 6. C. eod.* e) *l. 2. C. de rescind. vendit.* De quâ Lege sanè celeberrimâ & usu forensi frequentissimâ libenter aliquid adderem, sed quia neque Lex ipsa propter materiæ ubertatem & quæstionum difficultatem brevem delineationem, neque institutum nostrum commentarios admittit, videantur interim alii, qui satis doctè in hanc Legem scripserunt.



JURIS



JURIS INTERPRE-
TIBUS CONTROVERSÆ
POSITIONES.

1.

Servi in jure Civili personam habent.

2.

*Negotiorum gestor tenetur prestare cul-
pam levissimam.*

3.

Depositum etiam rerum immobilium est.

4.

*Liberi positi in conditione, sunt etiam
in dispositione.*

5.

*Bona fidei possessor fructus naturales &
industriales separatione & perceptione ac-
quisitos, nec consumptos, Domino restituere
cogitur.*

6.

*Fidejussor in majorem summam fideju-
bens, nec in concurrentem tenetur.*

7. Duo.

7.

*Duo Rei debendi etiam hodiè in solidum
conveniri possunt.*

8.

*Ex l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. pro le-
gatis consequendis non executive, sed ordi-
nariè agendum est.*

9.

*Legitimati, per subsequens matrimo-
nium, in Feudis non suc-
cedunt.*

F I N I S.



CON-